Bibliothèque numérique

medic@

**Hippocrate / Traducteur et commentateur : Hollerius Blasius.**

**Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et Latine. Accesserunt Blasii Hollerii Vivariensis, Philosophi ac Medici, Commentaria, iam primum recognita et aucta**

*Basilea : Johannem Oporinum, 1561.*
*Cote : 33192*

**(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)**
Adresse permanente : http://www.bium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?33192x01

©BIUM

# HIPPOCRATIS COI, MEDICORUM PRINCIPIS, DE NATURA HOMINIS, LIBER: GRÆCÈ & LATINÈ.

Acceſſerunt BLASII HOLLERII Viuarienſis, Philoſophi ac Medici, Commentaria, iam primùm recognita & aucta.

ITEM aliæ docti cuiuſdam uiri Annotationes, in Eundem.

... — C. Tab-26ª

N°. 38

Iliad. λ.

ἰατρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

BASILEAE, PER IOANNEM Oporinum.

©BIUM

## IOANNES SAPIDVS Lectori.

*Hippocrates Cous medicæ doctiſſimus artis,*
*Qui ſummis fuerat cura ſaluſq; uiris:*
*Corporis humani quæ ſit natura, libello*
*Hoc, tamen arguta cum breuitate, docet.*
*Hinc nimis obſcuros ſenſus manifeſtat abundè,*
*Blaſius Hollerius, dexteritate ſua.*
*Propterea qui uis bene ſanum corpus habere,*
*Sæpius hunc uigili mente reuolue librum.*

©BIUM

Ex libris ffrum Praedicatorum
Parisiensium ad S. honoratum

ILLVSTRISS. PRINCIPI AC DOMINO, DOmino FRIDERICO Palatino Comiti Rheni, Sacri Romani Imperij Electori, & Duci utriuſq; Bauariæ, Domino ſuo clementiſsimo:

BLASIVS HOLLERIVS Viuarienſis Medicus S.

*VT abſque humiditate & imbre ſata & fructus ad iuſtã non perueniunt maturitatẽ, Princeps & Elector Illuſtriſsime: ita neq; ſtudiorum labores: dum non contingit, quod ad neceſſariũ uſum debet eſſe ſatis. Scripſeram ante aliquot annos, edideramq; Commentarium in librum de Natura hominis, ſecutus Hippocratis mentẽ. Idq; ut uaria de principijs rerum natura-*



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 3 sur 118

©BIUM

lium dogmata, ac iudicia artis Medicæ ſtudioſi perciperent, intelligerentq́. Hos qualeſcunq; labores, Illuſtriſſimo Principi OTHONI HENRICO, dum uiueret, dedicaui: ſed rei bene, malé ue geſtæ nullam habui ſignificationem. Iam uerò impulſu quorundã, (qui ſua ſtudia Medicæ arti addixerunt, opus hoc breue cõtractioribus horis emendatum, & quibuſdam antea neglectis auctum, in tuæ Celſitudinis Illuſtriſs. Princeps gratiã denuò cõmittere prælo uolui: quando nulla omnino exẽplaria prioris editionis uenalia habebantur. Itaq; Oporino typographo Baſilienſi clariſs. atq; de literis optimè merito, ſuis typis Græcis & Latinis recognitum à nobis opuſculum elaborandum tradidimus. idq́; eo lubẽtius, quòd is quoq;

©BIUM


*is quoq; iſtā animi tui, Princeps Illuſtriß. Celſitudinem, magnitudinē, & uirtutes planè heroicas, in bonis præſertim artibus & diſciplinis, nō ignorauerit. Etenim quæ de Heidelbergēſi Academia Illuſtriß. Princeps* OTHO HENRICVS *incœperat: tu liberaliori ſumptu, & prouidentia maiori proſequeris. Quin & Ptolemæum regem ex bonis literis (unde immortalitatem eſt conſequutus) magis oblectatum, quàm ampliſsimo regno, Liuius ſcriptum reliquit. Cæterùm ampliori gratia Celſitudini ac Dignitati tuæ Illuſtriß. Princeps affuturos alios nō dubito: ſed qui maiori ſtudio, & in quo hominis diligentia requiratur, quiq; operam, curam, & laborem, ſi daretur occaſio, maiorem ſumat, neminem*



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 5 sur 118

©BIUM

*agnoſco. Interea Deus Opt. Max. Celſitudinem iſtam tuam & mentē conſeruet. Argentinæ, Anno poſt Chriſtum natum* M. D. L X I.
*Menſis Maij Idibus.*

*HIPPO-*

# HIPPOCRATIS COI, MEDICORVM PRINcipis, de Natura hominis Liber.

Ὅστις μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, προσωτέρω ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰητρικὴν ἀφήκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν. οὔτε γὰρ τοπάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ᾽ ἄλλο οὐδὲν ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἐνεὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παρίημι.

V E R S I O.

QVicunq; de natura humana, ſuprà quàm medicæ artis interſit, diſputantes audire cõſueuit, huic ſermo noſter minimè eſt aptus. Neq; enim prorſus aerem, ignémue aut aquam, ſeu terrã, hominem dixerim, neq; aliud quid-

©BIUM

piam: quia in eo minimè unum apparet. Sed quibus iſthæc placebit dicere, per me licet.

## BLASII HOLLERII Commentaria.

*Hippocrates Philoſophos in communibus mundi & rerum omniũ principijs aberrantes, primum arguit. Deinde medicos, qui de hominis ac cæterorũ animalium ſanguine præditorum humoribus ( qui elemẽta in corporibus uocantur) malè fuerunt opinati. quos qui audire conſueuit, Hippocratis hac in parte non eſt idoneus auditor. quia malè iam perſuaſus, falſoq; imbutus dogmate, ueris demonſtrationibus non credet: ſed uel aures occludet, uel repugnabit. Aliqui enim, quos Hippocrates breuitatis cauſa prætermiſit, naturalium rerum unum duntaxat principium, unde hominem conſtare dicebant, ſtatuerũt. ſicut Anaximenes Mileſius Euriſtrati filius aerem, ex quo naſcerentur omnia, duabus cauſis efficientibus adhibitis, quæ aeriam materiam formarent, fingerentq;. Idcirco ex aere rarefacto ignem, & ex denſo uentos, aquam, terram, lapides & animalia creari uoluit. Sed Diogenes Apolloniates, ex Nicolai Peripatetici* mente,

©BIUM



mente, nõ aerem, ſed intermedium quoddam inter ignem & ipſum aerem, principium rerum naturalium inſtituit: & non nominatim aliquod elementum. Hippaſas Metapontinus, & Heraclitus Epheſius, unum principium mobile ac infinitum in rebus naturalib. dixerunt, utpote ignem. Aiunt enim, cuncta ex rerum raritate conformari: quia rarum facilè per cuncta recipitur. & ob id humanæ uitæ parentem & opificem, imò omnium ac ſingulorum effectiuum ignem dicebant: quòd calor ſit fons uitæ, & artifex omniũ rerũ. Anaximander Praxiadæ Mileſius, unum mobile ac infinitum etiam inſtituit principium: ſed nullum elementum eſſe uoluit, uerùm infinitam quandam naturam, ex qua omnes orbes cœleſtes, & uniuerſus mundus, & quicquid in ipſis continetur. In qua ſentẽtia & Meliſſus fuit, qui unum etiam eſſe principium, ſed ex nullis elementis putauit. uerùm principium rerũ omnium uirtute infinitum, & natura immutabile ac æternum dixit. Sic & Plato mundum à Deo creatum, nec diſſolui poſſe, niſi ab eo à quo eſt compoſitus. Fuit alius quoq; philoſophus, Thales Mileſius, princeps Ionicæ philoſophiæ, qui principiũ rerum omnium aquam cõſtituit: quòd

Principium mobile ac infinitũ qui ſtatuerint.

Plato in Timæo.



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 9 sur 118

©BIUM



animalium generatio ſit humida. nec ſolùm terreſtria, ut ſtirpes, ſed in cœlo quoque ſidera paſcuntur humoribus. In eadem quoq; ſententia Homerus fuit, dum ita ſcriptum reliquit:

Oceanus, de quo primùm ſunt omnia nata.

Aquam igitur principium ſtatuit, eo quòd proli generandæ maximè eſt accommoda: & ad nutritionem educationemq;, necnon ad edendum partum, imò ad cunctarum rerum formationem prorſus apta. Idcirco omniũ eſſe principium arbitratus eſt. At terram eſſe principium, nullus ſcriptũ reliquit, cum ſit ad motum inepta. tametſi Sabinus eam à Xenophane principium fuiſſe dictam ſcripſerit. nullo tamẽ in loco, teſtante Galeno, ſic pronunciaſſe Xenophanem inuenitur. itaq; terram nullo modo principium, niſi concurſu aliorum elementorũ, Hippocrates hoc loco, & Ariſtoteles ſecundo Phyſicorũ eſſe tradunt. Cum autem Heſiodus primam corporum naturam (quæ & principium antiquis dicitur) terræ contribuit, id ſecundum uulgarem exiſtimationem accipiendum: ſicuti Ariſtoteles in primo Metaphyſ. oſtendit. Vnum interea principiũ Xenophanes Colophonius, idq; uniuerſum ſtatuit: non finitum, neq; infinitum, nec mutabile, nec

©BIUM



nec immutabile, cuius ſubſtantia rotũda & globoſa, ſeu ſphærica, quæ nihil habeat cum hominibus commune: totum cernat, audiat, neq; reſpiret, ſimul omnia ſit, mens, prudentia, & æternitas, & ob id Deum eſſe credidit. Ex rerum igitur naturalium productione, ac medicæ facultatis experientia, nõ ab uno quodam ſimplici fieri poteſt generatio. alioqui quod generaretur, doloris eſſet expers, & ad nullam ſenectutẽ compelleretur. uel ſi dolor adeſſet, unum tantũ medicamentum perpetuò ſufficere, etiã Galenus optimè oſtendit. Sed qui priſcorum ſectis & inſtitutionibus ſunt addicti, obſtinate in eadẽ perſeuerant ſententia: aſſerentes continuò unam prorſus ſolam naturam eſſe: ſiue principium, ſiue elementum dixerint. Atq; ſubſtantiam illam uocarunt immobilem, permanentem, formis omnib. per ſe priuatam: ſed quæ ab iiſdem omni tempore agitaretur. Sunt qui alia rerum principia excogitarunt: ut Parmenides frigus & calorem, Democritus ſolidum & inane: Diogenes Apolloniates, qui uniuerſi naturam ac rem eſſe infinitũ, & ſempiternum quoddam, ut Theophraſtus teſtatur, eſſe dixit: ex cuius raritate & denſitate, necnon ſuarum affectionum mutatione, aliarum formas Gal. libro 1. element.

formas

©BIUM



formas aſſeruit generari. In hac quoq; ſenten-
tia fuerunt Meliſsus & Anaximander. Anaxa-
goras etiam elementa ſeu principia rerum infini
ta protulit: contrà uerò Empedocles finita. Ille
ὁμοιομερίαν, id eſt ſimilitudinem partium, ue-
luti ſyluam & materiam rerum omnium gignen
darum commentus eſt. Cenſuit enim in ſingulis
rebus particulas ineſſe ſimiles, & infinitas, ex
quibus ſint compoſitæ: atq; res omnes gigni &
interire congregatione & ſeiunctione particu-
larum ſimilium: ut oſsa ex pauxillis minutiſq́; oſ
ſibus. Sic & ex pauxillis atq; minutis particulis
uiſcerũ gigni uiſcus: & de quamplurimis minu-
tiſq́; ſanguinis guttis, ſanguinẽ uniuerſum. Sed
Empedocles quatuor tantum elementa, princi-
pia eſse cenſuit. Interea fieri non poteſt, ut ho-
minis ſenſiliumq́; rerũ uniuerſa natura (quæ ex
materia & forma perficitur) una ſit: ſicuti illi
affirmabant. Neq; ex eo illis reſiſtit Hippocra-
tes, quòd non prorſus in nobis ſit aer, & reliqua
elemẽta, ex quibus hominem & cuncta anima-
lia conſtare poſtea dicet. Sed non uult hominis
naturam penitus ex aere, aut igne, aut aqua, ſeu
terra, aut alio quopiam, in quo corporis humani
conſtitutio & affectiones minimè unum indi-
cant,

©BIUM



cant, conſiſtere. tametſi quibus alius eſt ſenſus, illis iuxta arbitrium aſſerere permiſerit: ne cum obſtinatis contentionem aggredi uideatur: nihilominus eos ab opinione ad ſcientiam & ueritatem, à ſenſibus ad mentem, à ſingularibus ad generales noticias uellet conuertere. Quidam adhuc principia rerum omnium inane ſeu uacuum, id eſt locum corpore uacantē, & atomos eſſe dixerunt: ſicuti Leucippus, Democritus, & Epicurus. Vocaueruntq; atomos puſilla admodum corpuſcula, quæ propter exiguitatē perſpici non poſſunt. qualia ſunt ramenta, & ea puluerulēta, quæ per rimas et exigua foramina in ſolis radijs uiſuntur. quæ ſanè non elucente ſole minimè apparent, neq; uidentur, ut iam diximus, propter ipſorum tenuitatem. Atq; nonnulli, ut Epicurei, præ duricie infringi poſſe negant. Alij uerò, qui magis Leucippo addicti erāt, id ad ipſorū exilitatem referebāt, quòd nullā admitterēt ſectionem. Verùm Leucippus uniuerſum alicubi plenum, alicubi uerò inane & uacuum exiſtimauit. In pleno ſunt corpora, in uacuo et inani liberius uagantur atomi, quæ materiam præbent gignendis rebus. Democritus Leucippo aſtipulatus, plenum uocat ens, & inane non ens. cuius ſen-

tentia

©BIUM



tentia hæc eſt, ut omnia fortuita atomorum concurſione fiant, in quibus tres ſunt differentiæ: utpote figura, ordo & ſitus. Pythagoræi ex numeris, & mathematicorũ initijs proficiſci uolunt omnia. Hoc igitur ſermone, qui generis eſt demonſtratiui, nõ ex uno elemento hominis originem conſtare, autor docet. Nam corporis humani ratio & accidentia diuerſum indicant, ut iam oſtendimus, atq; in ſequentibus dicetur. Interea ipſi errare malunt, eamq; opinionem quam ſemel conceperunt defendere, quàm exquirere quid conſtantiſſimè dicatur.

Δοκέουσι δέ μοι οὐκ ὀρθῶς γινώσκειν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. γνώμῃ μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ, πάντες χρέονται· λέγουσι δὲ οὐ ταὐτά. ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης τὸν ἐπίλογον, τὸν αὐτὸν ποιέονται. φασὶ γὰρ ἕν τι εἶναι, ὅ, τί ἐστι. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν. κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα, οὐχ ὁμολογέουσι. λέγει δ' αὐτέων ὁ μέν τις φάσκων, ἠέρα τοῦτο εἶναι, τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν· ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν· καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια, ἅ γε ἐστιν οὐδέν. ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ γνώμῃ πάντες προσχρέονται, λέγουσι

δ' οὐ

©BIUM



δ' οὐ τὰ αὐτά· δῆλον ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτά. γνοίη δ' ἂν τόδε τις μάλιστα, παραγιγνόμενος αὐτέοισιν ἀντιλέγουσι. πρὸς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες, τῶν αὐτέων ἐναντίον ἀκροατέων, οὐδέποτε τρεῖς ἐφεξῆς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος περιγίνεται ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ. ἀλλὰ ποτὲ μὲν οὗτος ἐπικρατέει, ποτὲ δὲ οὗτος· ποτὲ δέ, ᾧ ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα, ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον. καίτοι δίκαιόν ἐστι τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν ἀμφὶ τῶν πραγμάτων, παρέχειν αἰεὶ ἐπικρατέοντα τὸν λόγον τὸν ἑωυτοῦ, εἴπερ ἐόντα γινώσκει, καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. ἀλλ' ἔμοιγε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων, ὑπὸ ἀσυνεσίης· τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. περὶ μὲν οὖν τούτων, ἀρκεῖ μοι τὰ εἰρημένα.

## VERSIO.

At uerò qui hæc defendunt, non rectè mihi ſentire uidentur. Quum enim idem ſentiant, idémque concludant, loquuntur tamen diuerſa. Quippe unum eſſe aiunt, quodcũq;

tandem

Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 15 sur 118

©BIUM



tandem eſt: & idipſum eſſe unum & totum, ſed iuxta nomina non conſentiunt. Etenim alius ex ipſis aerē eſſe, hoc unum & totum dixit: alius ignem, alius aquam, aliu. terram: & addit unuſquiſq; ad opinionem & ſermonē ſuum teſtimonia & ſigna, quæ nullius ſunt momenti. Cum autem una omnium ſit ſententia, diuerſa uerò loquantur, eos nō intelligere quæ profitentur, eſt manifeſtum. Quod ex eo uel maximè qs cognouerit, ſi ipſorum controuerſijs interfuerit. Nam dum ij inter ſe decertāt, nunquā ter ordine idem homo eodem in ſermone ſit ſuperior: ſed modò hic, modò alter ſuperat: ut cuiq; fuerit lingua maximè fluida, ac populo grata. Atqui iſtud erat, qui de rebus ſe rectè cognoſcere pronunciarent, inuictas præſtare ſuas rationes, ſi ipſi uera cognoſcere, & rectè iudicare poſſent. Verùm huiuſmodi homines uidentur mihi uerbis ſeſe, dum diſputāt, ob ignorantiam ſubuertere,

©BIUM



uertere, & Meliſsi ſententiam confirmare. Sed de his hactenus.

## COMMENTARIA.

*Ignorantiæ illos ueteres accuſat Hippocrates, qui malè ſenſilium entium elementa, & principia cognouerint. Cum enim ij unum omnium rerum elementum & inſtituant & concludant, poſtea hoc ipſum uariè ac diuerſe nuncupent, appellẽtq́; : ſignũ eſt, eos nõ cognoſcere ea quæ profitentur, & propria artis principia ignorare. Nã ſi cognoſcerent & ſcirent, illud idem uno modo ſemper dicerent & appellarent. Sed iſta primi principij uaria & inconſtans aſſertio, manifeſtè prodit, ipſos ignorare idipſum quod atteſtantur. Quæ autem ſigna & argumẽta nullius momenti & ponderis dicantur, Galenus libro 1. de Elementis ex Platonis inſtituto indicauit: ubi falſas & minimè concludentes rationes uocauit, quæ uanæ ſunt. Neq; enim uno medio cõmuni & extraneo poſſunt demonſtratiuè quatuòr oppoſitas inferre concluſiones. Nam qui aerem primũ eſſe aiunt elementum, ſic argumentantur: Quoniam ipſum rareſcentem, fieri ignem: denſatum uerò, aquam: & ſi adhuc magis denſus fiat, terram. Eodem modo, qui ignem principium fatentur:*

Elementum quomodo per ſe princi piũ ut ſit, conentur philoſophi oſtendere.

©BIUM



quoniam ignis in unum coactus, atq; modicè denſatus, aerem: quòd ſi magis adhuc patiatur, ac uehementer comprimatur, aquam: ſi abſolutiſſimè & plurimũ, terram effici ipſi dicunt. Similiter aquam primũ omnium elementum nonnulli aſſerebant: quòd hæc denſata, ac ueluti compreſſa, terra fiat: laxata uerò & fuſa, aer: quòd ſi magis laxa ac fuſa, tenuiſq;, fiat ignis. Et ſic reliqua cuncta fieri ex eius liquefactione & cõpreſſione, aſſeuerant. Ob id aquam primũ omniũ conſtituunt. Et qui terram principiũ ſeu primum elementum dicunt, ſuam rationẽ ſic aſſerunt: Quoniam ſi mediocriter (inquiunt) liqueſcat ac fundatur, aqua fiet: ſi uerò magis rareſcat, aer: ſi uehemẽter hoc patiatur, in ignẽ conuertitur. Quare ex mutua in ſe elementorũ mutatiõe ratio eorum proſilit, qui unũquodlibet elementũ eſſe ſtatuunt. Porrò qui unũ aliquod ex elementis quatuor, naturam rerũ ſtatuunt, cætera ad rerũ generationem concurrere non negant: ſed hæc negant eſſe elemẽta, & corpora ſimpliciſſima, quæ ex ſuo cuiq; elemento prodeunt. Elementorum quoq; ipſorũ denſitate & raritate cõpoſita, cuncta fieri aſſerunt. Sic enim uno & eodem ratiocinio, ſingula elemẽta principiũ rerum omnium & ſub-

©BIUM



& ſubiectũ eſſe cõcludunt. Sed cum diuerſa & oppoſita ex iiſdem medijs & principijs inferant ac cõcludant, uanas ac falſas rationes dicimus. At unum elementũ magis quàm alterũ, primum omniũ principium & elementũ, ut inquit Plato, eſſe nõ poteſt: cum nullum ipſorũ motus expers ſit, uel aliorũ omniũ permutationis cauſa. Quòd autem ipſi ea quæ profitentur ignorent, qui diſputationibus (tanquã cum illis nunc agat) præſentes aderant, iudicij ſui teſtimonium dat. Hi enim palàm teſtabantur, nunquam horum quenquam ter ordine eadem in diſputatiõe alios conuincere: ſed modò hic ſuperior, modò ille, præſertim qui fuerit lingua uolubiliori, magiſq; ad contentionem idonea. ſed iuſtum eſt non loquacitate, ſed ueris & certis demonſtrationibus rationes inuictas ſemper adferre. Verùm ſeſe ob ignorantiam ſubuertunt, utpote cum in ſuis rationib. pugnantia enunciant. Aiunt enim primò, unũ & omne eſſe, quodcunq; tandẽ eſt, quod ex ſui natura prorſus informe ſit, ſicuti Plato docet. Poſtea idipſum unũ & totũ ex nominatis elemẽtis unũ conſtituentes forma præditũ pronunciant. Cum itaq; id quod ex ſui natura informe eſt, formatũ dicũt, tunc pugnãtia minimeq; cõſentanea

©BIUM



Meliſsi de principio iudicium.

in ſuis ſententijs afferunt. Ob id uidentur ſeipſos deſtruere, propter ignorantiam quam in uerbis ſuarum rationum oſtendunt. & Meliſſi uidentur approbare ſententiã, qui unum quodlibet & totum fuiſſe aſſerebat, & rectè adæquatum omnium principium appellari. quæ ratio uana eſt. Meliſſi igitur ſententiã approbare, inquit, uidentur. Nam ſicuti iſte unam cõmunem informem eſſentiam ponebat omnium adæquatum principium eſſe: pariter & illi tandem informẽ eſſentiam, unum ex quatuor ſimplicibus corporibus adæquatum omnium elementum. In hoc ſolùm differentes, quòd hi tranſmutabilem, & particulari quoq; elementorũ nomine eam ſubſtantiam dixere, quam Meliſſus ens unum intranſmutabile & uniuerſum appellauit. Vnde Ariſtoteles: Neceſſe eſt, inquit, unum eſſe principiũ, aut plura. ſi unũ, aut immobile, ut Parmenides & Meliſſus dicunt: aut mobile, uti Naturales. At uerò ens illud unum, qualecunq; Meliſſus conſtituat, neutiquam ſenſibilium omnium adæquatum & præciſum principium dici poteſt: quemadmodum nec ex nuncupatis elementis aliquod unum totum & quodlibet. Neq; enim ſolùm illud unũ, quod Meliſſus proferebat, corporum omnium

quæ

©BIUM



*quæ generantur & intereunt, principiũ tantum aſſerebatur: ſed præter id primæ quatuor qualitates: caliditas, frigiditas, humiditas & ſiccitas, & earundem temperies, naturalium corporũ uera principia conſtituuntur. Confuderunt igitur ueteres illi philoſophi initia corporea (quæ poſtea elemẽta dici cœpta ſunt) ab incorporeis, quæ propriè rerum principia appellantur. Et ſic dum imprudentes materiam primam conſtituerent, eam non agnouerunt, mox ſecũ diſſidentes, illud quod in corporum mutationibus ſubiectũ communiter omnibus eſt immutabile, commune fecerunt principium. Atq; corpus naturale, & per ſeſe conſiſtens, uel aerem, uel ignem, uel aquam intellexerunt. ex quorum altero omnia naſci, ut antè demonſtrauimus, & commune omnium eſſe principiũ autumant: ueluti qui ex igne cuncta generari putat, ignem initium eſſe cõcludit. & ſic de alijs tribus exiſtimandum. Sed ſuis ſeſe uerbis ob ignorantiam ſubuertunt: cum non ſolùm alienas ſumptiones adferant, ſed cõtrarias quoq;, & à ſua cauſa remotiſſimas. Sic & Meliſſus, id quod eſt unum & ſolitarium, ob id immutabile eſſe uoluit: uideturq; ſubſtantiam quandam conſideraſſe quatuor ſubiectam elementis,*

Corpus naturale & per ſe cõſiſtens, malè ab antiquis intellectum.



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 21 sur 118

©BIUM



*non generatam, nec corruptioni obnoxiam. & hanc unum & omne nominauit. Epicurus porrò ex atomorum cohærentia omnia effici putat. In qua ſententia fuit Lucretius, cum dixit:*
*Prima mouentur enim per ſe primordia rerum.*

Τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μοῦνον ἐστίν. οἱ δ᾽ αὐτέων, χολήν φασιν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔνιοι δέ τινες φλέγμα. ἐπίλογον δὲ ποιοῦνται καὶ αὐτοὶ πάντες τὸν αὐτόν. ἓν γάρ τι εἶναι φασιν, ὅ,τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. καὶ τοῦτο ἓν ἐόν, μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν, ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ· καὶ γίνεσθαι καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ λευκὸν, καὶ μέλαν, καὶ παντοῖόν τι ἄλλο.

VERSIO.

Medicorum nonnulli ex ſolo ſanguine hominem cōſtare dicunt: alij ex bile, aliqui ex pituita. atq; omnes eandem cōcluſionem adducūt, dum ex uno quodam eum eſſe ſtatuunt, quod cuiq; eorum magis arridet. Et cum unum aliquod ſui caloris frigoris'ue cogitur, ſpeciē ac uim immutari affirmant, fieriq; dulce amarum, album,

©BIUM



album, nigrum, aliquid deniq; aliud, quod multis ac diuerſis qualitatibus uarie ſit temperatum.

COMMENTARIA.

*Poſt expoſitas quorundam philoſophorũ de cõmunibus naturæ principijs opiniones, & falſa iudicia: tranſit ad ſimile medicorũ de humoribus decretũ. atq; eos non diſsimili errore obcæcatos fuiſſe indicat. Hi enim unũ aliquem ſolum ex quatuor humoribus animal eſſe tutati ſunt, & ex eo conformatũ. tametſi reliquos humores ad corporis generationẽ concurrere, ut antè diximus, nõ negent. ſed primos eſſe nolunt, & generatos affirmant, ex ſuo cuiq; humore elementari: utpote ſanguine, pituita, & utraq; bile. de quibus in noſtris Medicæ artis inſtitutionib. dicetur. Fit aũt ſanguis, ut dulcia quæuis, à calore moderato: pituita, à remiſſo: bilis flaua, ut amara omnia: quẽadmodũ & bilis atra, ut cuncta acria, ab immodico. Et qui ab uno aliquo humore animal fieri iudicarũt, reliquos ex illo humores per calorẽ aut frigus, qualitates actiuas, tranſmutari autumãt. ut ſanguis, aduenienie frigore, pituita fiat: calore uerò accedente, bilis utraq;. Eodem modo qui pituitam aut bilem alterutrã eſſe animal ſtatuunt,*

Simili errore medicos ueteres arguit, quo & philoſophos.

Humorum quatuor generatio.

©BIUM



tuūt, eam in alios humores calidiores, ſi qui ſint, calore traijci, & frigidiores frigore effici exiſti marint. Vnuſquiſq; autem humorū quatuor, formam mutauerit, ſi calore aut frigore in humorē alium tranſierit, & facultatem quoq; unà cum temperamento uariauerit. Nam cum ſanguis, exēpli cauſa, erat calidus, erat & humidus: cum uerò pituita factus eſt, frigidus & humidus: cū autem bilis alterutra, calidus & ſiccus. Similiter fit in mutua aliorum humorū ſecundum alios tranſmutatione. Neq; humor in alium tranſmutatus, formam eius & facultatem tantū recipit: ſed & cōſiſtentiam, colorem, odorem, ſaporem, leuitatē, & qualitates cæteras. quemadmodum ex ſanguine bono, craſſi & tenuis medio, rubicundo, odorato, dulci, leuiſculo: illis fit pituita craſſa, alba, inodora, uel graueolēs, dulcis, inſipida, acida, ſalſa, grauis. Ex eodē quoq; bilis flaua, amara, leuiſſima, bilis atra, & acris grauiſſima. Sic factos ex alijs humoribus alios, totam eorū naturam induere exiſtimant, in quos tranſeunt, priore relicta. Itaq; qui corporum mutationes fuſione & concretione fieri iudicant, calorem & frigus effectrices, ut diximus, omnium mutationum cauſas ſtatuêre.

Humores quando formam mutent

Ἐμοὶ

©BIUM



Ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκεῖ ὧδε ἔχειν· οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοιαῦτά τινα, καὶ ἔτι ἐγγύτατα τουτέων, ἀποφαίνονται. ἐγὼ δὲ φημί, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑπό του ἀλγήσειεν ἓν ἐόν. εἰ οὖν καὶ ἀλγήσει, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι.

VERSIO.

Hæc quidem & his ſimilia aliqui profitentur. Ego autem dico, ſi homo unũ eſſet, nunquam doleret. neque enim eſſet à quo dolore afficeretur. Quòd ſi doleret, unicum tantum remedium neceſſariò ſufficeret.

COMMENTARIA.

*Horum imperitiam hucuſq; arguit Hippocrates, qui ex uno quopiam initio naſci hominem dixerunt. Nunc decretũ illorum quaſi ſubuertere aggreditur. Ait igitur: Si uno tantum elemento homo conſtaret, nullo doloris ſenſu poſſet affici. At uerò dolere hominem manifeſtum eſt: ergo uana eſt opinio illorum, qui uno elemento hominis ortum attribuunt. Atq; modi curationũ, qui uarij ſunt, & multiformes, ab his qui unum ens omnia eſſe tradunt, euerterentur. Nam uel nihil omnino corpora noſtra, uel unũ tantum pa-*

 *terentur.*

©BIUM



terentur. Et in hoc unum ſufficeret remedium, atq; unus medendi modus, utpote cum una tantū ſit ægritudo. Sed multæ ac uariæ, ut mox dicet, ſunt morborū ſpecies: unde & diuerſis opus eſſe remedijs cognoſcitur. Quapropter nec Thalē, nec Heraclitum, aut Anaximenem, Meliſſum'ue ſeu alios, unicum abſolutè conſtituentes elementum & principium, rectè ſenſiſſe ueris demonſtrationibus conuincit. Poſtea etiam cōtra Anaxagoram, Leucippum, Empedoclem, Democritum, plura & infinita principia profitentes, eaq; ipſa genere unum, atq; potentia ſtatuentes. Porrò dolor (qui uehemens affectio, ac præter naturam impetū faciēs, dicitur) duo neceſſariò exigit: utpote ſenſum & alterationē: ſed atomi Epicureorum, neutrum habēt: nec ſimilares Anaxagoræ partes, nec quatuor intranſmutabilia Empedoclis elementa. Quare fieri nō poteſt, ut quicquam ex his compoſitum doleat, ſi ex impatibilibus, & ſenſu carentibus elementis, & atomis conſtaret.

Dolor duo neceſſaria exigit.

Νοῦσοι δὲ πολλαί· πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὁκόταν ὑπ᾽ ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε

©BIUM



νηταί τι καὶ ὑγραίνηται, νόσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νοσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν.

## VERSIO.

At uerò multa habētur, ac corporibus inſunt, quæ cum preter naturā à ſe mutuò calida, frigida, ſicca aut humida facta fuerint, producūt morbos. Hinc plures morborū ſpecies, & pariter multiplex curandi ratio.

## COMMENTARIA.

*Ex morborū multitudine, quā quotidie inſpicimus, multa in corpore præter naturā augeri, aut aliquē quatuor primarū qualitatū exceſſum habere iudicamus. Et cum non ſit una, ſed uaria & multiplex morborum forma ac ſpecies: non una curandi methodus, neq; unum medicamentum: ſed plura ac uaria immediatè, iuxta morborum naturam, corporis temperamenta, ætatem, anni partem, regionem, conſuetudinem, & huiuſmodi licebit accommodare. Nam qui ex calore laborat, per ea quæ refrigerant ſimili qualitate curantur, & contrà. Sic per exiccantia ſanitati reſtituūtur, quos humiditas offendit, et è diuerſo. Præterea nōnulli ex his quæ aſtringūt,* Varia ac multiplex morborum forma ac ſpecies

alij

©BIUM



*alij per ea quæ ſubducunt, ſanitatem recuperarunt. Eodē modo de alijs, tum primis tum ſecundis qualitatibus intelligendum.*

Ἀξιῶ δ' ἔγωγε, τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι μοῦνον τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίνεσθαι παντοῖον· ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γὰρ εἶναι μίαν τινὰ ὥρην, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἐνεόν. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι, καὶ περὶ τοῦ χολὴν φάσκοντος.

VERSIO.

Sed ego quidem cenſeo, qui hominem ex ſolo ſanguine conſtare uelit oſtendére, eum mutare formam, aut eſſe uariabilem: aut ſaltē aliquod anni tempus adeſſe, aut hominis ætatem, unde homo ſolum ſanguinem contineat. Verùm aliquod eſſe anni tempus, quo is unicus ipſi ineſſe uideatur, conſentaneum non eſt. Neq; aliter aduerſus eos ſentio, quicunq; ex

©BIUM



ex una ſola pituita uel bile hominẽ eſſe factum aſſeuerant.

COMMENTARIA.

*Eam ſententiam nunc proſequitur* Hippocra*tes, qua paulo antè dicebat, quoſdã medicos aberraſſe in corporũ principijs. Atq; ex uno & ſimplici humore hominem conſtare non poſſe, ex ipſa rerũ origine oſtendit. Nam ſi unus duntaxat humor hominem conſtituat, tunc in hoc natura diſsimile nihil effingere poterit, neq; ulla cõtrarietas ualebit ineſſe. Quandoquidem diſsimilitudo & contrarietas penes diuerſas & cõtrarias formas eſſe debent. At in unico humore unica tantũ forma reperitur. Diſsimilis igitur & contraria forma nulla erit: unde nec permutatio in ipſo continget. Quapropter qui hominis ortum à ſolo ſanguine, uel alio quopiam humore ſimplici indicat, is deberet certis demõſtrationibus oſtendere, eũ non in alios humores conuerti. Sic enim mutare formam & uariabilem eſſe intelligo. Interea ſi quis non ab intrinſeco, ſed ambiente aere, & extrinſeca prædominãte occaſione, animal poſſe permutari dicat: ad ea reſpondit* Hippocrates, *cum dixit, Eo anni tempore, & ea hominis ætate, qua conſors & cõforme elemen*

Formam mutari quomodo intelligendum.

*tum*

©BIUM



tum dominatur, ſeipſum inalterabilem & immutabilem homo oſtendere poßet: quando nec ab intrinſeco nec ab extrinſeco tunc permutari ualeat: utpote cum nulla à ſimilib. & æqualibus formis ſit alteratio et permutatio. Ob id pituoſi hyeme, bilioſi æſtate, uere ſanguinei, & autumno melancholici proportione conueniunt. Quapropter nō deberent ipſi iuxta illorum aßertionem in morbos incidere, cum non habeant qualitates ſibi diuerſas, à quibus offendantur. Sed quia corpus, ut illi putarunt, non uno conſtat humore ipſis anni partibus per ſe conueniente, homines ægrotare contingit. Eadem eſt ratio in ætatibus, nam puer ueri, iuuenis æſtati, ſenex autumno, decrepitus hyemi, proportiōe magis reſpondet. non tamen à morbis ſunt immunes, cum eorum corpus non ex uno humore, ſed diuerſis compactum ac congenitum habeatur. unde & alterationes & mutationes adeſſe uidemus. Nullum igitur animal ſimplici aliquo conſtabit humore, cum nec ætas, nec pars anni detur ad ea quæ ipſi proponunt, demonſtranda.

Humores quatuor anni partibus proportione conueniunt.

Ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω ἃ ἂν φήσω τοῦ ἀνθρώπου εἶναι, καὶ κατὰ τὸν νόμον, καὶ κατὰ

τὴν

©BIUM



τὴν φύσιν, εἰ ταῦτα ἐόντα ὅμοια, καὶ νέου ἐόντος, καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ἐούσης καὶ ψυχρῆς καὶ θερμῆς. καὶ τεκμήρια παρέξω, καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ, δι᾽ ἃς ἕκαστον αὔξεταί τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι.

## VERSIO.

Nam ex quibus hominem conſtare dixero, ea pro lege, natura & ętate, tempore etiã tam calido quàm frigido demonſtrabo. Sed & argumenta, & cauſas neceſſarias afferam, ob quas ſingula in corpore augeri uel imminui contingit.

## COMMENTARIA.

*Omni ætate & tempore humores quatuor hominis eſſentiam & naturam conſtituentes ac ſeruantes, in corpore contineri, ſe oſtenſurum promittit Hippocrates. idq́; ſecundum legem, id eſt hominum exiſtimationem, ut Galenus inquit, & naturam, & rei ueritatem. Argumenta etiam adducet, & cauſas neceſſario ueras, unde penes ætatum anniq́; temporum differentias, unumquodque augeri imminui'ue contingat.*

Πρῶτον

Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 31 sur 118

©BIUM



Πρῶτον μὲν οὖν, ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι, μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἂν ἕν γ' ἐὸν, τι γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη; ἔπειτα οὐδὲ ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν γεννᾷ· οὐδ' ἂν ταῦτα ἡμῖν συντελέοιτο.

VERSIO.

Principiò igitur hominis generationē ab uno principio fieri nequit. Quomodo autem quod unum eſt, generare aliud poſſet, niſi quid aliud admiſceretur? Cum ne mixta quidē, niſi quæ miſcentur eiuſdem ſint generis, eandémque habeant facultatem, generare poſsint, neque ſimilia efficiantur.

COMMENTARIA.

*In philoſophos & medicos, qui communiter ex uno elemento hominem conſtare aſſerebant, hic ſermo dirigitur. oſtenditq́; generationem nullam poſſe fieri, ſi unum fuerit tantū elementum & principium. Quo pacto, inquit, id quod unum eſt, aliud generaret, niſi cum alio miſceatur? Siquidem generatio, ſimplex naturæ actio non eſt, ſed ex alteratione & formatione*

Generatio fieri non poteſt ex uno ſimplici elemento.

©BIUM



tione compoſita. Porrò quæcunq; in hoc corruptibili ſeculo inſunt, aut ſimplicia aut compoſita eſſe dicimus. Simplicia, ut ſunt quatuor prima corpora, aer, ignis, aqua, terra: quorum generationes ſimplices mutatiões nuncupãtur. Compoſita uerò ſunt omnia ex ipſis quatuor, aut his pluribus conſtructa. Horum generatio productio'ue, permutatio eſt materialium ac paſſiuarum facultatum ab actiuis: utpote caliditate & frigiditate dominantibus. Et hæc mutuò etiam agentia & patientia, eandem poſſident facultatem, prout diſſimilia & contraria exiſtunt. Galenus cognata & coniuncta in ſubſtantia nuncupauit. Ex quatuor igitur elementis impari mixtura coeuntibus, particulatim omnium corporũ fieri generationes, Galenus lib. 4. de ſimp. med. facul. indicauit. Atq; ex ea imparitate perficitur natura & proprietas corporum particularium. quod non malè intellectum ab Ouidio poeta, ſic dicente: Diſcors cõcordia (inquit) fœtibus apta. Neq; ex pluribus ſimul mixtis quicquam generari poteſt, niſi quæ miſcentur, eiuſdem ſint generis: hoc eſt, ut in materia conueniant. Itaque oportet ea quæ miſcentur ad generandum, conſimilia ac cõuenientia eſſe ſubſtantiæ. Nõ enim

Generatiõis ratio.

c ſi lapis

©BIUM



ſi lapis ligno, aut lignum ferro admiſceatur, quicquam generabitur, cum nõ habeant familiarem ſubſtantiam, neq; eandem uim obtineant. Similis eſt ratio in animalibus: quæ ſi diuerſi generis inter ſe fuerint, etiamſi congrediantur, non generabunt. ueluti ſi uulpis aut urſi ſemen cum leporis aut capreolæ ſemine admiſceatur, infœcundum erit: cum diſsimilis admodum ſint ſubſtantiæ, nec conſimilem poſsideant facultatem. In animalium diuerſarũ naturarũ genitura id cernitur: uelut in equis & aſinis, uulpibus et canibus. ſed generatur ex eorum cohabitatione mixtum, uidelicet ex ambobus animal. At quorũ naturæ à ſe mutuò magno diſtant interuallo, etiamſi aliquando coeant, non tamen generare poſſunt: aut ſi forteſortuna generarent, diſsimile ſub ipſis animal producerent. quare dixit, Neq; ſimilia efficiẽtur. Eodẽ modo in plãtis: quæ ſi in diuerſas arborũ ſpecies inſitæ fuerint, tantũ abeſt ut fruct⁹ producant, ut ne coadunari intercipiq; poſsint.

Καὶ πάλιν, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου πολὺ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο.

©BIUM



VERSIO.

Rurſus nec generatio futura eſt, niſi calidum, frigidum, humidũ, ſiccum, mutuò ac temperatè, necnon ęquali modo ſeſe cõpatiant. Quòd ſi alterũ altero ualentius infirmiúsue fuerit, ex illis generari nihil poteſt.

COMMENTARIA.

*Generatio perfectè non fit, niſi quatuor humores, & prima quatuor elementa ſeu qualitates primæ æqualiter (non tamen exquiſitè) ſe habeant. Quòd ſi alterum alteri ualentius imbecillius'ue præualeat, nulla unquam mixtio ac generatio fieri poterit, ſed quandam moderatam diſcraßiã in cõceptionib. adeſſe, in noſtris Comment. Aph. 62. ſect. quintæ demonſtrauimus.*

Generatiõ quãdo fiat.

Ὠσὲ πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι; ὅτε γε οὐδ᾽ ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος τῆς πρὸς ἄλληλα.

VERSIO.

Nam quomodo fieri poteſt, ut aliquid ab uno fiat, cum neq; ex pluribus generetur, niſi communi temperamento conueniant?

©BIUM



*Eorum adhuc opinioni inſiſtit, qui hominis decretum ex uno elemento commune dicebãt. Initurq; eius ratio, cùm à fine ad quem cõſequendum natura gignendo collimat: tum à præcipua actione, qua ortus conſtat, atq; ad ſpectatũ exitum perducitur naturæ opus. Ait igitur: Quid fieri poteſt, ut aliquid ex uno fiat? quando neq; ex pluribus (elementis ſcilicet, ſeu humoribus) gigni poſſit, niſi mutuo temperamento commixtis. Cum enim ex quo magis ac decentius fieri debeat generatio, non fit, neq; ex quo minus. Itaq; non ſunt unũ, nec infinita multitudine principia elementaria: ſed tantũ quatuor, ignis, aer, aqua, terra, quæ repugnantib. & contrarijs qualitatibus ſunt connexa.*

Ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον· ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν, ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵην περ ξυνεβάλλετο.

VERSIO.

Quum igitur talis & hominis &

©BIUM



cæterarum rerum natura ſit, homi-
nem non ex uno fieri elemento, ne-
ceſſe eſt eum nõ ex una re conſtare:
ſed unumquodque eorum, quæ ad
generationem quidquam faciunt, ta
lem quampiam uim in corpore poſ-
ſidere, qualem contribuit.

COMMENTARIA.

*Hactenus philoſophorum & medicorũ er-
rores demonſtrauit* Hippocrates*: utpote in ge-
neratione, & perfecta craſi: hoc eſt, temperie
tum animalium, tum aliarum rerum ex pluribus
eiuſdem generis, eiuſdemq; facultatis, & ex his
bene permixtis & temperatis. Nunc perfectam
hanc ex pluribus temperiem docet, eamq; homi
nis, rerũq; productarũ omnium uerã naturã eſſe.
& ex hac ut notiſſima contra eoſdem cõcludit,
non unum reuera elementum materialiter homi
nem eſſe, ſed plura: & ea quæuis eandem uim
ex mixtione ſemper retinere, quam in corpore
contribuerint. Sic enim duplicem hominis atq;
cunctorum uiuentiũ naturam explicat: forma-
lem unam, quam temperiem nuncupat: alteram
materialẽ, quatuor uidelicet prima ſimplicia cor
pora, ex quibus res omnes corporeæ generãtur,*

Duplex omnium animalium natura.

 *nutrim-*

©BIUM



*nutriuntur, & ad debitam magnitudinem perueniunt: ſiue illæ res, ſiue corpora ad homines, ſiue ad quæcunq; alia referantur. Sunt aũt multa quæ naturæ dictio ſignificet, de quib. in comment. Aphor. 34. lib. 2. diximus.*

Καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου τό, τε ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρόν, καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρόν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμόν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν. τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις, καὶ τῶν ἄλλων πάντων. γίνεταί τε ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα.

### V E R S I O.

Rurſus quando corpus humanũ interit, neceſſum eſt ſingula ad ſuam naturam cõuerti: utpote humidum ad humidum, & quod ſiccum eſt ad ſiccum, & frigidum ad frigidum. Huiuſmodi autem tum animantiũ, tum cæterarum rerum omnium eſt natura, nam cuncta ſimili modo naſcuntur, & ſimiliter deſinunt.

COM-

©BIUM



Elementa inter ſe mixta & temperata in corpore aliquo, omnia unum, & unum omnia dicuntur. At uerò dum corpus moritur, diſſoluiturq́; : tunc elementa, quæ ipſum cõſtituerant, ad ſuam naturam ſeu loca propria commeant & reuertuntur: quandoquidem omnia in ea corrumpuntur, ex quibus fiunt, ueluti Ariſtoteles 3. Metaphyſ. indicauit; atq; naturarum triplex genus libro ſecundo de Anima ſtatuit. unum forma eſt ac ſpecies, alterum materia: tertium, quod ex his duobus commixtum eſt, eorũ uidelicet materia, uis ſeu poteſtas, ſpecies, uſus & perfectio. Sed Hippocrates duas potiſſimas cauſas agnouit; materiam ſcilicet, & formam. Atq; animantium naturam & temperiem & calorem inſitum (qui eſt ueluti forma aliorum elementorum miſcibilium) indifferenter nominat. Cæterùm omnia mixta & genita tam animantia quàm inanimantia, ex elementali & formali natura producta exiſtũt. Nec aliter ex corruptione elementalis & formalis naturæ, intereũt pereuntq́; omnia. Ex formali quidem, cum forma ipſa ſeu temperies corrumpitur: ex elementali, quando elementa diſſoluuntur à tẽperie, miſcenturq́; mundi elemẽtis.

Naturarum triplex genus.

©BIUM



Ξυνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις, ἀπὸ τουτέων τῶν προειρημένων πάντων· καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα, ἐς τὸ ἑωυτό. ὅθεν περ ξυνέστη ἕκαστον, ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησε.

VERSIO.

Cõſtat enim ex his quę dicta ſunt, eorum naturam (ſingula in idem ſu pradicta ratione) terminari. nam eódem recedunt, unde ſunt conſtituta.

COMMENTARIA.

*Eadem eſt omnium ratio, quæ tum gignuntur, tum intereunt. Ex prædictis igitur quatuor elementis, naturam, utpote formalem (quæ temperies & commoderatio dicitur) oſtendit. Hæc autem natura ut perſiſtat, ipſam quoq; materialem ſimul adeſſe eſt neceſſum. Neq; enim forma abſq; materia, neque materia abſque forma conſiſtere poteſt.*

Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν διττὴν, ἤγουν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτ' ἐστὶν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτα ἀλγεῖ καὶ ὑγιαίνει.

VER-

Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 40 sur 118

©BIUM


VERSIO.

Corpus autem hominis ſanguinem, pituitã, ac bilem utramq; continet. Atque hæc ſunt ipſius corporis natura: quibus tum ægrotat, tum ſanum eſt.

COMMENTARIA.

*Rerum omnium naturam, elementalem ſcilicet & formalem, ex cõmemoratis quatuor elementis conſtitui, & in eadem finire, in præcedentibus oſtendit. Hic uerò ad alterũ ſeſe transfert elementorum genus, quod eſt proprium animalium ſanguine præditorum. Etenim ſanguis, pituita flaua, & atra bilis (de quibus nunc ſermonem inſtituit) elementa dicuntur: non hominis tantum, ſed etiam reliquorum ſanguinẽ poßidentium. Adhæc illa prima corpora, ignis, aer, aqua, terra, omnium naturalium rerum ſunt communia elementa. Humores uerò præditis ſanguine (ut in principio diximus) propria. Ex quibus particulæ ſimilares dictæ, ut ſunt caro, os, neruus, cartilago, & huiuſmodi conſtituuntur. Atq; illud humidum fluidum, in quod primũ elementum tranſmutatur, humor dicitur. Inſuper humorum alij naturales, qui confuſi in uenis re-*

Natura rerũ omnium unde cõſtituaſ.

Humor quid



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 41 sur 118

©BIUM



conduntur,corporiq; alimoniã præbent. Alij nõ naturales et excremẽtitij,de quib.poſtea dicem⁹.

Humorum quatuor genera.

Horũ omniũ,tam naturaliũ q̃ non naturaliũ,quatuor ſunt genera: utpote ſanguis,pituita,bilis,& melãcholia.Sanguis calidus eſt et humidus,ſapore dulcis, & colore ruber. In uenis & arterijs cõtentus: ſed in his ſubtilior.Hoc humore quiſqs mediocriter abũdat: is blandus,hilaris,uenuſtus ac floridus eſſe ſolet.Pituita frigida eſt & humida,atq; ſaporis expers: quæ quidẽ uenas cũ alijs ſimul humorib.mixta permeat,ut frigidæ & humidæ corporis partes ex ipſa nutriantur.atq; ſegnes, ſomnolẽtos,obeſos,& citò caneſcẽtes efficit. Bilis naturalis unà cũ ſanguine ducitur: calida eſt et ſicca,& eo calidior quo pallidior: flaua eſt colore,ac pellucida,eſſẽtia tenuis,atq; ſuapte natura leuis,acris & mordax.Homines iracundos,ingenij celeres, macilentos,agiles, & facilè cõcoquentes reddit.Illa etiã bilis quæ in ueſiculam fellis mittitur,licet excrementitia fuerit,eſt tamen utilis: ob id naturalis dicitur. quæ quidem ſuperfluũ à ſanguine ſecernit, & proprio ductu in inteſtina defluens, deiectionem ſtimulat, detergitq; in illis pituitã, quæ alioqui immodicè aucta ualde noxia eſſet. Nec rarò euenit,ut poro il

lo qui

©BIUM



lò qui à ueſicula fellis ad inteſtina deſcendit, ob- ſtructo, ſequãtur coli inteſtini dolores ſuapte na tura maligni. Bilis igitur, & quæ per uenas per- meat, et ea quæ ad ueſiculã tendit, duplici colore ſecernitur, flauo ſcilicet et pallido. Flauus ex pro pria natura ineſt, propterea & flaua bilis ab in- nato colore nũcupatur. Si uerò cõtingat, ut te- nuis & ſeroſus humor ei admiſceatur, ſtatim & colore pallidior, et cõſiſtẽtia humidior fiet. Palli dus nãq; color et bili quoq; naturaliter ineſt. Sed tanto flauã eſſe pallida calidiorẽ cõſtat, quãto et craßiorẽ. nam ſeroſo recremẽto flauæ bili com- mixto, pallidã conſtitui cõtingit: ſicut & flauam pluſculũ excalefactã, conſiſtẽtia reddi craßã, co lore aũt flauã. Quin & in animalib. apparet fla ua quidẽ, ijs quæ magis ſunt calida, quæ uerò mi nus, pallida. Harũ utraq; bilis in uitellinã degene rat, dum caloris non naturalis acrimonia ſummè coquitur, ac ueluti torretur, adaſſaturq;, ſic ut in de ex flauo igneũ calorem, & ex tenui ſubſtan- tia craßiorem cõſequatur. Atq; colore & craſ- ſitudine uitellorũ ouorũ ſpeciem referẽs, bilis ui tellinæ nomẽ ſumpſiſſe dicitur: quæ generationẽ in iecore & uaſis obtinet. Atra bilis naturalis, quæ melancholia, ſeu melancholicus humor e- tiam

Bilis color duplex.

©BIUM



tiam dicitur, frigida & ſicca eſt potentia, per ue nas unà cum ſanguine fertur. Terreſtris quidem eſt, & colore nigra, ſapore pontico, & admodum inepta. Hanc ſanguinea maſſa retinet, tanquam ſuperfluum aliquid. Inde lien è uicinore illam abſtrahit, ac pro nutrimento retinet: ſubdolos, triſtes, timidos, auaros & perfidos, ut etiam in noſtra Medicæ artis inſtitutione dicemus, reddit. Sub atra bile naturali excrementitius etiam ſuccus, qui uentriculi actiones iuuat, comprehenditur. Cum enim acidus hic humor fuerit, uentrem in ſeipſum contrahit, & alimenta retinet, comprimitq́ue, donec plenè concocta ſint. Nũc quo pacto humores quatuor in homine, cæterisq́ue animantibus generentur inquiramus. Itaq́ue alimentum dum in uenis ab ingenito calore alteratur, ſi calor ille mediocris fuerit, inde ſanguinem generari, reliquos uerò humores ex eodem immoderato. Etenim cibi natura calidiores magis ſunt biliosi, frigidiores uerò pituitoſi. Similiter ætate & temperamento homines qui calidiores ſunt, eos bilioſiores eſſe conſtat: frigidiores uerò, pituitæ magis ſunt obnoxij. Iam uitæ rationum, ætatum, & regionum, & temporum, omnia hæc ſi calida exiſtant, tum maximè

Humorum quatuor generatio.

©BIUM



mē ſincera bilis gignitur. Eodem modò de alijs, ſanguine ſcilicet, & atra bile, & pituita. qui quidem humores, ſi conſtituentes cauſas omnes fautrices & ſecūdas habuerint, ſincerus & purus unuſquiſq; ipſorum ſuperabundabit. Præterea ex morbis qui frigidi ſunt, ij à pituita: qui calidi, à bile ortum habent: & ut ſummatim dicam, ex nutrimento in uenis & iecore exiſtente, & ex moderato & immoderato animantis calore, ſucci omnes in animalibus ſanguinem habentibus conficiuntur. Supereſt ut de humorib. qui à cauſis præter naturam gignuntur, etiam dicamus. qui quidē corpori nutriendo ſunt inutiles, raróq; in eos qui ſecundum naturam ſe habent uertuntur. Humorum igitur excremētitiorum quidam ſunt utiles: & tunc naturalium nomen, ut antè dicebamus, retinent. Eiuſmodi ſunt bilis in hepatis ueſicula: & melācholicus humor in liene, atq; in articulis pituita. Et ij omnes propter multas commoditates, plurimaſq; corporis actiones perficiendas inibi continentur ac reconduntur. Alij excrementitij inutiles ſunt, inutiliaq; prorſus & ſuperflua naturalium ſuccorū excrementa, quæ quidem à corpore ut noxia quotidie expellūtur. Talia ſunt, ſudores, urinæ, deiectiones, & id genus.

Humores qui à cauſis prçter naturam gignuntur, corpori alendo inutiles.

©BIUM



Sanguis non naturalis duplex.

nus. Non naturalis igitur ſanguis (ut eodem ordine, quo de naturalibus, proſequamur) duplex eſt. unus quidẽ, qui à debita & conuenienti temperatura tranſmutatus eſt: quando ſcilicet ex ſe, & non propter aliud quippiam, admixtũ alteratur: ueluti dum præter naturam calefit aut refrigeratur: non uſqueadeò tamen, ut in aliud humoris genus cõuertatur: alter uerò à ſua natura, accedente aliquo uitioſo humore. Pituita etiam nõ naturalis duplex eſt: acida una, ſalſa altera. Acida ſummè quidẽ cruda dicitur, utq; præter primã in uentriculo concoctionẽ uix illam quæ fit in iocinore & uenis incipit, atq; caloris penuria coaceſcit: nõ ſecus quàm in pleriſq; fructuum ſuccis cõtingere percepimus, qui cũ pauco præditi ſint natiuo calore, poſtquã in ſeſe efferbuerint, breui tẽpore in illã acidã qualitatẽ degenerabũt. Fit etiam acida pituita, quãdo dulce acido, & acidum dulci cõmiſcetur. unde acida et dulcis per admixtionẽ nominatur. Aciditas nãq; à calore quidem mutante, nõ autẽ uincẽte naſcitur. quẽadmodũ Galenus lib. 4. de Simp. med. fac. indicauit. Etenim dum calor cõcoquere incipit, nec perfecta fieri poteſt alteratio, tunc aciditas illa in alimentis alijs'ue aſſumptis, ingeſtis'ue gignitur. Salſa uerò

Pituita non naturalis duplex.

Aciditas unde fiat.

©BIUM


uerò pituita ex naturali inſipida putreſcente oritur, quando ſcilicet partes eius ui quadam putredinis adaſſatæ, reliquæ aquoſæ ſubſtantiæ permiſcentur. ſiquidē à calido ſicco nō admodū ſubtili, ſed terreſtri, ſalſus ſapor enaſcitur. Poteſt etiam ex ſeroſæ humiditatis cōmiſtione generari. Si enim tenuis pituitæ admiſceatur ſeroſa humiditas, ſiccam habens naturam, & aduſtam, eam ſalſam efficiet. Cæterùm excrementitia pituita duplex dicitur. altera utilis, quæ naturalis pituitæ appellationem ſeruat: eſtq; ipſius ſuperfluitas, quæ quidem à uenis excernitur, & ad artus & iuncturas illabitur: ut artus ipſos & particulas ſua humida qualitate ad motum habiles cōſeruet: alioqui calor ex motu illas exiccaret. Altera inutilis & ſuperuacanea eſt, quæ extra uaſa reperitur. Huius multæ ſunt ſpecies. una quidem tenuis & aquoſa, qualis è naribus & cerebro defluit, & in plurimas corporis partes effunditur. Altera muco ſimilis eſt: quæ ſi in loca quædam corporis frigidiora decumbat, ſeu naturæ appulſu impellatur, ibidemq; incluſa & compreſſa eouſq; maneat, donec craſſior frigidiorq; ſit reddita: tunc uitrea à Praxagora dicitur, quòd uitro fuſo colore & ſubſtantia ſit ſimilis.

Pituita ſalſa unde.

Pituita excrementitia duplex.

Hæc

©BIUM



Hæc ſi calido loco obſtruatur, grauiſſimos dolores ſolet excitare. Eſt & alia præter naturam pituita, quæ gypſea à multis nũcupatur. Hæc quidem craſſa admodum eſt, quoniam tenuis eius portio iam eſt diſſoluta, propterea quòd in meatibus ac artubus longiſſimè detineatur. Hanc ſæpe deprehendimus in pulmonibus & digitorum articulis, accepto ex diſtillatione principio, tandem in tophi & calculi duriciem conuertitur. Quatuor igitur inutilis excrementitiæ pituitæ ſpecies adnumerantur: aquoſa, mucoſa, uitrea & gypſea.

Bilis flauæ præter naturã generatio

Bilis flaua præter naturam ex tota ſubſtantia frequẽter æqualiterq; in uenis & uentriculo generationem obtinet: qualis porracea, æruginoſa & cęrulea. Harũ generationẽ ex cibis crudis ac uiridibus, ut ſunt betæ, cæpæ, braſſicæ, quæ propter languidum calorem corrumpuntur, dum nequeunt in chymum conuerti, detinciq; in uentriculo, malè ſcilicet concoquente. Et primũ ex illis fit porracea: quæ ſi infixa diutius hæreat, in æruginoſam commutabitur. Poſtea in eam quæ cæruleo colore tincta apparet, unde cæruleam appellarũt. Hæc quidem minus uiridis quàm ſuperiores apparet: ſed tanto illis deterior, quanto propius ad nigrum colorẽ accedit

cedit

©BIUM

cedit. Generantur hæc tria bilis genera non-nunquam, non ſolùm in uenis & uentriculo, ſed in iocinore etiam, ut Galenus lib. 10. de ſimpli. med. faculta. docet. Vbi enim calida animalia aut fame aut ſiti premuntur, bilis tunc ad atrum colorem, uel ærugineum uel cæruleum uergit, atq; porraceam bilem ratione ægrotationis: & talibus nequaquam ingeſtis, Galenus in 2 prædictionum com. 39. indicauit. Illa autem bilis quam iſatidem nominant, per morbos graues et ardentiſsimos in uenis gigni dicitur. atq; uehementi caloris incẽdio bilem uitellinam ex aduſtione & generari, & in alia genera deriuari traditur. Bilis atra tum naturalis, quæ per uenas permeat, tum excrementicia, quæ lieni naturaliter eſt deſtinata, æqualiter per aduſtionem & putredinem non naturales redduntur. Hinc aduſtæ atræ bilis nomen eſt ſortita. Huius interea quatuor eſſe dicuntur ſpecies. Prima, quæ ex caloris ardore, ad ſummam ſiccitatem perueniens, oritur: calida admodum eſt, acris & mordax. atq; eo diſcrimine à naturalibus diſsidens, quo fex aduſta à non aduſta. Altera ſpecies, ex uitellina bili producitur. exuſtione enim hæc primùm in æruginoſam, poſtea in cæruleã,

Bilis atræ quatuor ſpecies.

d nouiſsi-

©BIUM



*nouiſsimè in atram bilem omnium pernicioſiſsimam commigrat. Tertia bilis aduſtæ ſpecies ex ſanguinis combuſtione oritur. Cum enim ſanguis præter modum aſſatur, eius pars ſubtilior ac pinguior, in flauam omnino bilem conuertitur: quæ autẽ craſsior, in atram. quod quidem in his humoribus, qui carbunculi nuncupantur, inſpicere contingit: in quibus ex ſanguine ſupra modum efferueſcente, ad atræ bilis humorem fit tranſmutatio.*

Ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος· καὶ μάλιστα, ἢν μεμιγμένα ᾖ.

VERSIO.

Sanum equidem maximè eſt, ubi temperamentũ hæc inter ſe habuerint, tum facultate, tum copia moderatum: & ubi maximè fuerint permixta.

COMMENTARIA.

Elementorũ commoderatio quid efficiat.

*Elementorum commoderatio, ut medici ac philoſophi teſtantur, ſanitatem efficit. Hãc corrumpunt humorum ſuperabundantia, & mala*

*qualitas,*

©BIUM



qualitas, atque immodica refrigeratio, æſtus, item laxitudo, cruditas, temulentia, ira, furor, & conſimilia: ſicuti Galenus lib. de Conſt. artis med. indicauit. Porrò ſanitas ſymmetria quædam eſt. Symmetria autem omnis duplici ratione dicitur. aut enim ueluti ſumma & perfecta: aut tanquam à perfectione hac deficiens paululum, quemadmodum Galenus indicauit. Interea duas animalium ſanguine prædito rum naturas iam diximus: elementalem ſeu materialem unam, quam quatuor humores, ſanguinem, pituitam, & utramq; bilem: alteram eſſentialem, animalis formam nuncupatam, quæ ſub nomine primarum facultatum, ſanitatis inquam & ægritudinis comprehenditur. Vbi igitur humores ſunt inuicem & in debita tum quantitate, tum qualitate temperati, ſanitatem in ſimilariũ partium unione & temperie, nec non in diſsimilarium conſtitutione ſemper efficient. Vnaquæq; enim animantis particula, ſeu certa quadam determinata quantitate & qualitate conſiſtit, qua ultrò citroq; nequit naturalis & recta perſiſtere. Ad perfectam quoq; ſanitatem requiruntur ex proportione humorum permixtorum, qualitas & quantitas. quare addidit, (Et ubi maxima

Symmetria omnis duplici ratione dicitur.

Galen. lib. 1. ſanit. tuend.

Ad perfectã ſanitatẽ quæ requirantur.

©BIUM



fuerint permixta) tunc completa prorſus ſanitas conficitur, in ſimilaribus primò & ſimplicibus partibus, mox in organicis et compoſitis. Et cum ſint tria prima ſanitatis genera, duo quidem in partibus ſimilaribus, bona ſcilicet unitas, & temperies: tertium in organicis, bona inquam ipſorum organorum compoſitio. Sic tria prima morborum genera erunt, utpote cum immediatè hæc contraria ſint, & contrariorum eadem ſit ratio. unde Auerrhoes lib. 3. cole. Numerus, inquit, ſpecierum ægritudinis eſt: ſicut numerus ſpecierum ſanitatis. Et à cognitione ſanitatis, cognoſcitur ægritudo. quamuis notiores ſint ſpecies ægritudinum, ſpeciebus ſanitatis: propterea quod multæ ægritudines habent nomina, & ſanitates illis ſine nomine opponãtur.

Morborum tria prima genera.

Ἀλγέει δὲ, ὁκόταν τὶ τουτέων, ἔλασσον ἢ πλεῖον ἔῃ, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν.

VERSIO.

Dolet autem, cum horum aliquod minus aut amplius euaſerit, aut ſeparatum in corpore, & non contemperatum fuerit reliquis omnibus.

COM-

©BIUM



Quæ ad integram ſanitatem conſtituendã requirebantur, proximè docuit Hippocrates. Nũc oppoſitum in ægritudine docet. Nam cum ægritudo ſantatis ſit demolitio ac euerſio, ad eam efficiendam unum tantum ſufficiet. unum itaq; ſatis erit, ad morbum conſtituendum. Propterea diſtiñctim morbificas hic internas cauſas ſubſcribit. Aegritudinẽ, inquit, efficiẽt per ſe cauſæ morbificæ, ſiue innaturalis fuerit quantitas, ſeu qualitas, uel proportio, aut mixtura indecẽs: eodem quoq; modo omnes ſimul præter naturã iunctæ. Ait igitur Hippocrates, ex immoderata humorum copia, ſecundum magis aut minus, corporis compoſitionem corrumpi: & unitatem (quæ in conuenienti ſuarum partium commixtione nititur) ſolui. Vnde & malæ compoſitionis, & unitatis ſolutæ morbi (dummodo actio ſenſibiliter offendatur) proueniunt. Similiter humorum qualitates, dum inæquales fuerint, et functionem manifeſtè lædant, inſalubrem morboſamq; inducent temperiẽ. Sic indebita ipſorũ mutua proportio, modò intemperiẽ, modò continui ſolutionẽ, modò malam cõſtitutionem, & perſæpè hos omnes ſimul efficient, iuxta ipſius pro- Aegritudinẽ quid efficiat.

 por-

©BIUM



*portionis inæqualitatem. Præterea ſi ex indecenti permixtione functio lædatur, tunc & inſalubris erit ipſa temperies: ueluti dum humorum debita quantitas & copia fit, & partes inter ſe malè coniungantur, aut coniunctæ ſoluantur et ſeparentur, ita ut actio impediatur, tunc unitatis ſolutionem, & malam corporis conſtitutionē fieri continget. Idcirco aut ſeparari in corpore, & nō reliquis, cōtemperamentum eſſe dixit. Quomodo aūt morbos adeſſe cognoſcere liceat, in primo lib. de Morbis curādis indicauimus.*

Ἀνάγκη γὰρ, ὁπόταν τι τουτέων χωρισθῇ, καὶ ἐφ᾽ ἑαυτῷ στῇ, ἔνθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἐγχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν.

VERSIO.

Neceſſe eſt enim, cum aliquid horum receſſerit, & per ſe conſtiterit, non eum duntaxat è quo exceſſerit locum affici, ſed grauari etiam illum in quem decubuerit, ut cui ex copia dolor ac moleſtia accedunt.

COMMENTARIA.

*Cum aliquid à maſſa ſanguinis, quantitate, qualitate,*

©BIUM



qualitate, commixtione atq; temperamento receſſerit,& per ſe aliqua in particula conſtiterit, corpus dolore affici,hæc ſententia docet. Per maſſam ſanguinariam quatuor humorum unionem & collectionem intelligo. unde ſi quis eorum uel immodicè auctus, ſicuti in tumore quodam præter naturam,uel acrimonia ſeu alia qua uis ratione ſeparatur, & in alium quendam locum influat,morbus in parte ex qua mouetur,et in quam defluit,excitabitur.Multitudo nãq; humoris in partem recepti,ſolutionem continui diſtentione efficit: qualitas uerò eiuſdem ſiue calor ſiue frigiditas ( quæ duo ſunt cauſa doloris) fuerit,alterationem ſubitam inducit. Huc pertinent ſinceræ deiectiones,ut maximè oſtendunt dyſenteriæ,præſertim quæ à bile alterutra fiũt, uel etiam à pituita ſalſa & uitrea.Quæ autem à ſanguine eſt hepatico, abſq; dolore,ut Galenus docet,percipitur,aggrauat tamẽ partes in quas & per quas fertur.Immoderata igitur & præter modum imminuta humorum quantitate & qualitate,atque eorum ſeparatione ac indecenti mixtura morbos gigni, natura & experientia docet.quoniam utraque parte, & unde aliquid deceßit,et ad quã ſe contulit,in intemperiẽ et u- Gal.12.meth. & 4.ſimpl.

 nita-

©BIUM



nitatis ſolutionem fit inſultus. Ex defectu quidẽ, hoc aliquid fertur deceſsiſſe, propter diminutam quantitatem, & qualitatem. Cum enim determinata quantitas & qualitas humorum præter naturam diminutæ fuerint, tunc partes ipſæ malæ uniuntur inter ſe, neque æquali conſtant tẽperamento. hinc dolor morbificus exoritur. Quòd autem utraq; pars, & unde receſsit humor, & ad quam ſe transtulit, morbo doloreq; afficiatur, experientia medicamentorum immodicè uacuantium (ut ſtatim dicet) oſtendit. Nam ſi euacuatio humorem aliquẽ extra corpus amplius quàm redundet eijciat, ex diminuta humorum quantitate & qualitate, in parte illa ſequetur morbus. quia ibi ſtatim intemperies, & unitatis ſolutio (quæ primæ ac ſimplices ægritudines ſunt nuncupatæ) exoriuntur. Atq; imminuta naturali quantitate, illicò naturalis qualitas imminuitur: intemperie illa & unitatis ſolutionis cauſa exiſtente.

Καὶ γὰρ ὅταν τι τουτέων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλεῖον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις· ἢν ταῦτα πάλιν ποιήσηται ἔσω τὴν κένωσιν, καὶ τὴν

μετα-

©BIUM



μετάστασιν, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτέῳ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν.

VERSIO.

Iridem cum aliquid horum, ſuprà quàm requirat redundantiæ modus, extra corpus effluxerit, grauis ac noxia eſt uacuatio. quæ ſi intra corpus ceu translatio ſecretioq́ ab alijs fiat, duplicis mali occaſio (ut iã dictum eſt) ex eo neceſſariò dabitur: nempe & unde ſeceſsit, & ubi receptum redundat.

COMMENTARIA.

*Quando etiam ad extrà plus quàm naturæ cõueniat humorum fit euacuatio, morbos ſimplices primos, atq; eorum proprium ſymptoma, utpote dolorem infert. Si uerò ad intrà talem humorum ſecretionem, & eruptionem fieri contigerit, tunc duplo maiorem morbum ſequi eſt neceſſe. Idq; propter imminutionem, à quo ſeceſſit, & redundantiam, ubi ſe recipit. quo fit, ut ab exceſſu & defectu unitas & intemperies offendantur. Cæterùm humores nonnunquam intrò* Morbus quã do fiat duplo maior.

 *uacuan-*

©BIUM



uacuantur, ueluti in humorum è cerebro defluctionibus in fauces, gargareon, pulmones, uentriculum, & reliquas partes ſubiectas. Similiter in omnibus præter naturam tumoribus, præſertim internis: in omni item arthritide. Nōnunquā forás et extra corpus, ut in hæmorrhagijs, cholera morbo, dyſenterijs, fluxu muliebri, gonorrhœa, & alijs tam per ſuperiora quàm inferiora excretionibus. Humores etiam interdum & uapores locum tantum mutant, ut ſanguis cum ſpiritu & calore, dum adeſt mœror, timor, uerecundia: ſicuti ſomni & uigiliarum initio, atque dum ipſi humores impetu quodam concitantur.

Εἶπον δὴ, ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ, ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. φημὶ δὴ εἶναι αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν, ξανθήν τε καὶ μέλαιναν· καὶ τουτέων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν νόμον. τὰ ὀνόματα διωρίσθαί φημι, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ αὐτὸ ὄνομα εἶναι. ἔπειτα τὰς ἰδέας κατὰ φύσιν κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐθὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν

οὔτε

©BIUM



οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσ-ορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὅμοια δο-κέει εἶναι; οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔ-τε ψυχρὰ, οὔτε ὑγρά. ἀνάγκη τοίνυν, ὅτι τὰ τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέην τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταυτόν ἐστι.

V E R S I O.

Dixi porrò, quæcunq; hominem eſſe dixero, ſemper demonſtraturũ me eſſe, quòd talia ſint, & iuxta receptum morẽ ac opinionem, & iuxta naturam. Et dico ſanè eſſe ſanguinẽ, pituitam, bilem tum flauam, tum nigram (quatuor humores) aſſero. Ac primùm utiq; uſu loquendi diſtincta illis nomina obtigerunt. Deinde natura ſingulorum ſpecies diſcreuit: ut neq; pituita ſanguinem referat, neq; bilem ſanguis, neq; bilis pituitæ ſimilis eſſe conſpiciatur. Quomodo enim hæc ſimilia eſſent? quorum neq; colores ſimiles uidẽtibus apparent, neq; ad manuum tactũ ſimilitudo aliqua eſſe deprehẽditur?

Neq;

©BIUM



Neq́ præterea ſimiliter calida, frigida, humida, ſicca exiſtunt. Cum igitur tantopere ſpecie & uiribus inter ſe diſcrepent, illos eſſe unum fieri nō poteſt, ſiquidem ignis & aqua non idem ſunt.

COMMENTARIA.

*Ad ea quæ hic proponit, ſe ſuis uerbis aſtrinxerat Hippocrates. Dixerat enim ſe oſtenſurū, ex quibus homo conſtaret: quod quidem ſtatim feciſſet, niſi in refellendis eorum opinionibus inſtitiſſet, qui hominis generationē ab uno principio tantum fieri proferebant. Nunc igitur humores quatuor, ſanguinē, pituitā, bilē flauā, & bilē atram, eſſentia & qualitate differentes docet, & unumquenq́ diſtinctum iuxta receptam opinionem eſſe profitetur. Sed ultra hanc communem hominum ſententiam pluribus rationibus id ſuadet. Primùm itaq́ hos quatuor humores, nomine, colore, formatione, caliditate, frigiditate & humiditate mutuò differre, mox in ſanguineis animalibus reperiri, in uenis inquam & arterijs, dicet. Nec enim alibi in ſana & temperata corporis conſtitutione humores inueniūtur. Horum ſiquidem uenæ cauſa ſunt, à natura*

*conſtru-*

©BIUM



conſtructæ: quemadmodum Ariſtoteles lib. 3. de Part. animalium indicauit. Cæterùm uniuerſa ſanguinis moles, quæ per uenas fertur, quatuor diſtinctis ac uarijs partibus inſignita conſpicitur, quia hiſce diuerſis partibus eſt conflata. Pars enim illa quæ rubra, mediocriſq; ſubſtantia, ac moderatè calida, ſanguinem oſtendit, qui copia in corporis temperata habitudine cæteris humoribus præſtat. Pars uerò altera, quæ tenuis, flaua, & admodum calida deprehenditur, bilem præ ſe fert. Quæ autem cruda, liquida, & alba, pituitam: craſſa uerò, nigra, & facultate frigida, bilem atram. Hæc quidem ſunt prima & ſimpliciſſima corpora, in quibus elementa, ignis, aer, aqua, terra, primò tranſmutantur, cum ob animati corporis mixtionem, à ſuperioribus conſtellationibus ordinantur. Adhæc, cum bilis utraq; ſicca dicatur, id non quidem actu, ſed facultate intelligendum. Actu quidem diximus, quod iam præſens eſt: Poteſtate, quod iam futurum. Verùm equidem ſanguis actu & potentia talis ſemper eſt, qualis deſcribitur: & multoties pituita, præſertim uitrea. Bilem præterea flauam eſſe poteſtate calidam & ſiccam, hinc facilè colligitur, quòd ubi plurima in uen-

Vniuerſa ſanguinis moles 4. diſtinctis partibus inſignita.

Quid actu, & quid poteſtate dicatur.

©BIUM



in uentriculo continetur, perpetuò ſiti infeſtamur. Sic & atra bilis, cum in uentriculi orificio abundat, appetentiam excitat. Neq; unum, illos quatuor humores, inquit, eſſe poſſunt, ut qui ſpecie & facultate maximè diſsideant. Sic enim ignis & aqua unū & idem minimè eſſe poſſunt, cum ſint contraria. Eodem modo de bile & pituita, aere & terra, ſanguine & bile atra: quæ omnia duabus contrarijs qualitatibus pugnant, quare non poſsunt eſſe unum.

Γνοίης δ' ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτέου. ἢν γάρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ,τι φλέγμα ἄγει, ἐμέεταί σοι φλέγμα. καὶ ἢν διδῷς φάρμακον ὅ,τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολήν. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ,τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτέου τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γίγνεσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσαν ἡμέρην καὶ νύκτα, καὶ χειμῶνος, καὶ θέρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν, καὶ πάλιν μεθιέναι, δυνατὸς δὲ

τὸς δὲ

©BIUM



τος δ᾽ ἔςαι, ἔς᾽ ἂν τινὸς τούτων ςερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων.

VERSIO.

Quòd autem hæc omnia unum non ſint, ſed unumquodque ipſorum uim & naturam ſuā habeat, uel hinc cognoſcere licebit, quòd oblato cuipiam medicamento, cui expurgandi pituitam facultas inſit, educetur illa propinato cholagogo, reijcietur bilis. Similiter ſi medicamentum, quod atrę bilis educendę uim habeat, exhibeatur, hanc eliciet. Quod ſi corporis partem ſauciaueris, ut uulnus fiat, ex ea ſanguis profluet: idque fieri conſpicias nullo non tempore nocte die que, tam hyeme quàm ęſtate, quamdiu inſpirare, expirareque ualeat homo. Id quidem ualebit, donec aliquo ex his, quæ congenita illi ſunt, deſtituatur.

COMMENTARIA.

*Ex hominum opinione & certa rerum experientia quatuor humores, ſanguinem, pituitam, et utrāq; bilem in eſſentia diſsimiles, diuerſosq́;,*

*ſuperio-*

©BIUM



ſuperiore ſermone indicauit. Nunc uerò idipſum & à ſigno, & ab effectu commonſtrat, atq; ipſos humores ſemper in animantium corporibus ineſſe oſtendit: quandoquidem nec ullum anni tempus, nec ætas aliqua reperitur, unde liceat demonſtrare hominem humorum iſtorum expertem eſſe: ut qui naturaliter hos omnes cōtinuò poßideat: ſuntq; ipſius hominis cognata ac congenita. atq; idipſum maximè à ſigno ipſæ purgationes oſtendunt: & quòd diuerſi ac differētes ſint, et quòd ſimul permixti in corporib. ſanguine præditis reperiantur. Nam ſi medicamentum, inquit, alicui propines, quod bilem uel pituitam natum ſit euacuare, hunc uel illum omni tempore educet. Id enim perpetuò, quatuor hoſce humores ſubſtantia diuiſos in corpore contineri, eſt ſignum. Quòd ſi quis bilioſo homini medicinam daret, quæ apta ſit ad pituitam deijciendam, dolores ac tormina excitabit. Et ſic de alijs omnibus imperitia & errore exhibitis medicaminibus. Si talia enim purgentur qualia oportet, confert, & facilè ferūt: ſi contrà, difficulter. Sic in uenæ ſectione, balneis, frictionibus, atq; alijs eiuſmodi, ubi non conuenit, deteriores reddunt affectiones. Enim uerò plurimis, qui ſatis fue-

Aphoriſ. 25. lib. 1. aphoriſ.

©BIUM



tis fuerunt extenuati, non parum profuit noxij humoris euacuatio. quibus ſanguinem ſi quis emiſiſſet, eos in uitæ diſcrimen egiſſet. Vitam medici appellant uires, & facultates temperamenti, aut earum actiones. Eſſentia autem uirium et facultatum, in iſtorum primorum corporum commoda temperie ſita eſt. Quod ſi unus aliquis ex quatuor humoribus, qui ad conſtitutionem uirium, & actionum concurrunt, prorſus auferretur, uita amplius perſiſtere non poſſet. Si præterea corporis aliquam particulam, inquit, ſauciaueris, ut uulnus fiat, ſanguinem effluentem omni tempore licebit intueri. Profluit equidem ſanguis e uenis uel arterijs, aut reſerato earum ore, aut tunica earum diuiſa, aut tranſcolatus ſiue ſudoris inſtar transfuſus, ut Galenus lib. primo Meth. med. ſcriptum reliquit. Et quãuis omnium humorum uacuationes, in omni parte anni, & ætate fieri poſſint, quandiu ſcilicet animal reſpirat, & donec priuetur deſtituaturq́; aliquo humorum quatuor ipſi animali connatorum: tamen ſanguis uere, & in adoleſcentia: bilis in æſtate, & in iuuentute: bilis atra autũmo, & in ætate declinante: pituita hyeme, & in ſenectute, copioſius & facilius uacuatur.

Gal. 9. meth. & primo de præſ. ex pulſ.

Humores quando facilius & copioſius uacuantur.

©BIUM



Ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε; πρῶτον μὲν φανερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος. ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ, ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε, καὶ ἀποδείκνυμι.

VERSIO.

Sunt congenita hæc, quæ diximus. Quomodo enim non eſſent? Primùm enim manifeſtum eſt, hominem in ſe hæc omnia ſemper habere, quādiu uixerit. Deinde fit generatio ex homine hæc omnia obtinente. Poſtremò nutrimentum ex homine haurit, cui hæc inſunt omnia, quæ ego in præſentiarum affirmatione contendo.

CÓMMENTARIA.

*Quatuor humores in ſubſtantia permixtos & cōgenitos, ſed diſsimiles in animato corpore perpetuò reperiri, in his quæ præceſſerūt docuit Hippocrates. Nunc uerò propter quid & ſimpliciter à rei eſſentia illud idem cōprobat. Hinc*

*conge-*

©BIUM



congenita,ſeu,ut alij loquuntur,cognata,humores quatuor ex quibus homo fit,& in utero nutritur. Etenim quæ ſemper à prima origine uſq; ad extremum uitæ terminum æquè in animalibus reperiuntur,omnia cognata & ſimul congenita meritò dicuntur. Cum igitur æquè ſemper in cũctorum animalium productione, auctione, nutritione,neceſſariò ij quatuor humores requirantur,reperianturq́;:neceſſe eſt, etiam eos omnes in animatorum ſingulorum generatione,auctione,& nutritione cognatos ſimulq́; genitos eſſe. unde & conceptum omnem ac fœtum ex his diuerſis quatuor humoribus formatum ſemper & conſtructum exiſtere,atque per omnem uitam hos quatuor humores perpetuò ſeruare, quandiu unumquodq; uiuit. Simpliciter igitur et propter quid quatuor in eſſentia diſſimiles humores omnium in animantium uita & formatione cognatos,cõgenitosq́;,ut dixi, Hippocrates demonſtrauit. Hos enim homines uniuerſi dum uiuunt,circumferunt intra ſe: lac etiã quo recens nati alimur, ex illis ipſis humoribus eſt: qui ad mammas ideo per uenas, ipſis & utero communes,tranſmittuntur, & ibi aliam ſpeciem, aliamq; naturam et formam acquirunt,uertunturq;

Congenita quæ dicãtur.

©BIUM



*tunturq; in ſubſtantiam alimenti.*

Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἓν ἐστιν ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι. ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα, καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δέ τινας φλέγμα, τοῦτο ἕκαστον αὐτέων ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ,τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτὸν ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέονται· ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ μαρτυρίοισι τουτέοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι λόγοισι.

VERSIO.

Quicunq; porrò hominem unum eſſe dicunt, in eam opinionem adducti uidentur, quòd ſublatos immodicis purgationibus, per aſſumpta medicamenta conſpicati, alios bile reiecta, alios pituita interijſſe obſeruando comperierunt: & quo quiſq; reddito humore occubuiſſet, eo cōſtare hominis corpus creditum eſt. Haud

©BIUM



Haud diſsimili ratione ducti ſunt, qui ſanguinem fecerunt unicam hominis materiam. nam conſpicientes in hominibus qui iugulãtur, ſanguinis ẽ corpore defluxum, hunc animam fuiſſe ſunt perſuaſi. Ita hæc ferè ſunt argumenta, quibus innituntur.

COMMENTARIA.

*Ex apparentibus euidentibusq; argumentum ab ipſis deſumebatur: ex eo ſcilicet, quòd in nimijs purgationibus quamplurimos alio atque alio prorſus euacuato humore, uitam profudiſſe inſpexiſſent. Sic enim proponebant: Id omne, à cuius ablatione animal ſtatim aufertur, propria eſt & innata natura cuiuſq;. Sed ablatione uniuſcuiuſq; humoris, ablatio animalis ſtatim inſequitur: Ergo humor ille quiſquis fuerit, eſt animalis cuiuſq; propria & innata natura. Et hæc iſtorum eſt ratio, ad quam ſubinde Hippocrates ſtatim reſpondet.*

Argumẽtum quo ueteres tum philoſophi tum medici hominẽ unum dicebant.

Καί τοι πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑποκαθαρσεσιν οὐδείς πω ἀπέθανε χολὴν μόνον καθαρθείς. ἀλλ' ὁκόταν τὶς πίῃ φάρμακον, ὅ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χωλὴν ἐμέει,

©BIUM



ἔπειτα δὲ φλέγμα. ἔπειτα δὲ ἤδη τῇ χολῇ, ἐμέουσι χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι. τελευτῶντες δὲ καὶ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν.

V E R S I O.

At uerò eorũ qui per immodicas purgationes ſolã bilem reiecerunt, mortuus eſt nemo: ſed cum medicamentum aliquis bilem educens potauerit, ante alios humores bilem, mox pituitam: deinde præter bilem flauam, etiam atram eliciet. Poſtremò autem uitam finientes, purum quoq; ſanguinem.

C O M M E N T A R I A.

*Eorum argumentationem improbat, quam de ſuperfluis purgationibus ( in quibus animam expirare contigit )aſſerebant. non enim humor ſolus educitur, ſed quatuor omnes ſemper ordine effunduntur : nihilominus uno prorſus euacuato humore, uiuere hominem ac perſiſtere nõ eſt poßibile. Attamen non ſtatim ſuffocabitur: ſed ſi omnes ſimul eijciantur, illicò decidit homo. Falſum itaq; illi aſſumebant, dum per immodicas euacuationes unum duntaxat humorem educi contendebant ; unde nec concluſio*

*uera*

©BIUM



uera potuit eſſe, qua uno & ſimplici humore hominem conſtare uoluerunt. Cæterùm uacuationes immoderatæ contingunt, ubi purgans medicamentum uſque adeò inualuit, ut in uaſorum ad uentrem pertinentium oſculis, mordicationem apertionemq́; multam relinquat: aſsiduè irritans, conuellensq́; corpora, diſſoluens deijciensq́; uirium facultates, quemadmodum Galenus lib. 3. de Simpl. med. facul. indicauit. Quãobrem prudenter ac cum iudicio medicamenta euacuantia exhibeantur. nam ſemel aſſumpta pharmaca ſi quantitate uel qualitate immodica exhibeantur, humores ſibi peculiares primùm educent: deinde etiam reliquos.

Vacuatione immoderatæ quando cō-tingant.

Τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσιν καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν.

VERSIO.

Idem accidit & à medicamentis pituitam educentibus. Primùm enim pituitam uomunt, deinde bilē flauā, poſtea atram, poſtremò ſanguinem

©BIUM



nem purum, poſt quem moriuntur.

COMMENTARIA.

*Vbi medicamentum purgans pituitam eduxerit, ſubinde ſequetur bilis flaua, à colore flauo ſic dicta: ut quæ calidiſsima, tenuiſsima, & proinde ad motum promptiſsima fuerit. ob id præter alios humores facillimè educitur. Poſtea uerò bilis atra, quæ grauis eſt & craſſa, & proinde ad mouendum contumax: unde non niſi uiolentia trahitur. Deinde omnium poſtremus ſanguis, ut qui familiariſsimus naturæ ſit, in eoq; natura maximè conſeruetur: quo prorſus effuſo, inanimatum corpus moritur, cum nulla amplius uis à natura inſit. Cauſæ præterea, quamobrem humores à purgante medicamento præter rationem excernantur, ſunt: uaſorum imbecillitas, oſculorum laxitas, & medicamenti purgantis mordicatio. Cum enim uaſa non amplius in ſeſe continere ipſos humores queãt, et oſcula eorum recluſa fuerint, nec uis medicamenti deſinat irritare, neq; amplius accedat familiaris ſuccus, quo natura conſtare queat: neceſſe omnino eſt reliquos etiã quo dictũ fuit ordine, excerni deijciq;.*

Cauſæ cur humores medicamento prẹter rationem educantur.

Τὸ γὰρ φάρμακον ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐν τῷ σῶμα,

©BIUM



σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ, τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει. ὥσπερ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν ἐς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ. ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ, καὶ πικρὸν, καὶ γλυκὺ, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον. πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τούτου εἵλκυσεν ἐς ἑωυτὸ, ὅ, τι ἂν ᾖ ἑωυτέῳ κατὰ φύσιν. ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τ' ἄλλα. τοιοῦτον δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι, ὁκόσα ἂν χολὴν ἄγῃ, πρῶτον ἀκρητεστάτην τὴν ἐκάθηρε χολὴν. ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ τοῖσιν ἀποσφαζομένοισιν πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον, ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον.

VERSIO.

Etenim ut medicamentum receptum in corpore fuerit, primùm illud educet, quòd ipſi in eo fuerit familiare. ac tum deinceps alia trahit, educitq;, quemadmodum ex terra na-



Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 73 sur 118

©BIUM



naſcentia, ſemina ſcilicet, & plantæ: ubi terræ mandata fuerint, unumquodq; trahit quod intra terram inuenerit naturæ ſuæ conueniens. Ineſt autem in terra acidum & amarum, & dulce & ſalſum, ac uariè temperatum ſuccum. Ac primùm quidem plurimùm eius quod cuiq; familiare eſſe contigerit, trahitur: deinde alia. Itidem intrò aſſumpta medicamenta faciunt. nam quæ bilem educendi facultatẽ habent, primũ eam purgãt quàm meraciſsimã, mox alijs mixtam. Similiter pituitæ pharmaca, primùm ſinceram pituitam educunt, deinceps & confuſam alijs. Sed & ſanguis ab ijs qui iugulãtur, principiò calidiſsimus ac rubeus fluit. Tandem pituitam ac bilem mixtam habet.

COMMENTARIA.

Quatuor facultatum actiones.

*Facultates in uniuerſum tres numero corporib. inſunt, utpote animalis, uitalis et naturalis. Atq; hæc in attractricẽ, retẽtricẽ, alteratricem & expultricem diſtinguitur. & harum quælibet om-*

©BIUM



bet omnibus ac ſingulis partibus eſt prædita. Nam in animalibus alimenti ſuccum facultas attractrix allicit, qui poſtea retinetur ac comprimitur à retentrice. Tandem in alteram formam mutatur ab alteratrice, unde ſuccos alterari dicimus: tum demum expultrix facultas ſuperfluum expellit. Eadem eſt ratio in uegetantibus. Attractoria igitur facultas familiare ſemper ac ſibi conueniens attrahit alimentum: idq; per qualitatis conuenientiam & familiaritatem, & in purgantibus medicamentis, nec non naturalibus uegetantium particulis. Sic & in animato corpore pars quælibet proprium ac familiarem ſanguinem allicit, ut nutriatur. Similiter ſtirpiũ plantarumq; ſingulæ particulæ proprium ac determinatum terræ ſuccum attrahunt, ut commodè inde alantur. Sed in uniuerſum de ipſis facultatibus in eo opere dicemus, ubi ſumma quadam diſcendæ artis medicæ uiam demonſtrabimus. Aſſumpta igitur medicamenta, inquit, primùm humores trahunt ſibi familiares, deinde etiam alios. his quidem uerbis æqualiter & nutritionem & pharmaco purgante attractionem fieri per ſympathiam qualitatis indicat. In his enim ambobus huiuſmodi attrahendi uirtus à natura in-

ra in-

©BIUM



ra ineſt, ſicuti Galenus libro ſecundo de Elementis indicauit. Eadem eſt ratio in plantis & ſeminibus, quæ dum terram ſubeunt, trahit ex ea unumquodq; ſuæ naturæ conſentaneum, ſiue dulce id fuerit, ſiue acidum, ſalſum, amarũ. Hæc ſiquidem in corporum humoribus etiam reperiuntur, quemadmodum ſimplicium medicamẽtorum facultas clariſſimè oſtendit: utpote herbarum et arborum folia, flores, ſemina, fructus, radices, ſucci, liquores, gummi, cortices et ligna, quæ ſingula uariis ac diuerſis à natura, & pro ratione loci, ſaporibus prædita ſunt, et ex iiſdem perpetuò aluntur. Quòd ſi interea cognatus nõ ſit humor, aut æquo uberior, paucior'ue, non uiuet planta, aut ægrotabit, exiccabitur'ue. Sed et ſanguis cum animalia iugulantur, primò fluit feruentiſſimus, & per quàm ruber: mox magis pituitoſus, poſtremò atrabilarius. et ſic non unum in ſuperfluis ac immodicis purgationibus euacuari humorem cognoſcitur.

Αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος· τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήρια δὲ τουτέων,

ὅτι τὸ

©BIUM



ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον. εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐόν, καίτοι γλισχρότατόν ἐστι, καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν. ὁκόσα δὲ βίῃ ἔρχεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ πρὸς πάντα ταῦτα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος, καὶ τὰ οἰδήματα λευκότατα γίνεται μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην, καὶ τἆλλα νοσήματα φλεγματώδεα.

V E R S I O.

Augeſcit pituita hyeme. Huic enim præ cæteris quæ homini inſunt, maxima eſt cum hyeme naturæ affinitas: quippe quæ maximè eſt frigida. documento fuerit, explorare hãc tactu qui uolet, & cum cæteris, bile inquam ac ſanguine, conferre, hinc pituitã frigidiſsimam reperiet. Verùm cum ſit uiſci in morem lenta, ut

©BIUM



ta, ut poſt atram bilem non niſi ui maxima attracta educatur, meritò ex uiolentia, ritu aliorum, caleſcere debuerat, ipſa nihilominus cognatam uſque frigiditatem retinet, ac frigida apparet. Quòd autem hyems corpus pituita repleat, inde cognoſcere datur, quòd hoc præſertim anni tempore homines ſpuunt, & emũgendo plurimam pituitam reddũt: albis inſuper ac mollibus tumorib. ſcatent, atque alijs quos pituita parit morbis præcipuè corripi ſolent.

COMMENTARIA.

Pituitæ cauſa efficiens. *Frigiditas ſeu imbecillus calor, pituitæ cauſa eſt efficiens. materia uerò, humiditatis crudæ abundantia, ex cibo, potu, alijsq́; refrigerantibus & humectantibus, tum per ſe, tum per accidens.* Vini facultas. *Vinum tametſi ex ſecundo ſit ordine calefacientium, ubi tamen largius quàm natura uelit aſſumitur, tãtum abeſt à calefactione, ut morbos etiam frigidos procreet, ſicuti Galenus libr. 3 Temperamentorum indicauit. Hyemis igitur tempore pituita abundat: quia in utriſque qualitatibus, utpote frigiditate & humiditate,*

*cum*

©BIUM



cum hyeme conuenientiam habet maximam. unde facilè fit, augetur, et perficitur. præter hyemem (quæ pituitæ generãdæ cauſa efficiens & uniuerſalis dicitur) reliquas particulares & minus communes cauſas ſubintelligit Hippocrates, utpote ætatem, regionem, temperamentum, uictus rationem, & alia huiuſmodi quæ exquiſitiſsimam & abſolutiſsimam continent pituitam. In ſenili ac decrepita ſiquidem ætate, regione frigida & humida, temperamento ac uictus pariter ratione frigidis & humidis, pituitam uigere & abundantem eſſe conſtat. Quod autem frigidiſsima ipſa pituita fuerit, ſenſu tactus aſſerit perdiſcendum. Si pituitam, inquit, ſed præſertim uitream, ſanguinem ac bilem tetigeris, ſenties pituitam eſſe frigidiſsimam. At ſi, ut frequenter euenit, calida ſentiatur, idq; per accidens, ob motus uehementiam euenire dubium non eſt. Nam cum lenta & uiſcida exiſtat, difficulterq; trahatur, tunc caleſit, & calida tangentibus appareat. Nam quæ per uim & motus uiolentiam educuntur, feruentiora fiunt. Frigidiſsima itaq; ex ſua ipſius natura pituita apparet: quod ſtatim à ſigno & effectibus oſtendit. Spuunt homines & emungunt hyeme, plurima pituitoſa, &

Senſu tactus pituitam frigidiſsimã eſſe percipitur.

tumores

©BIUM



*tumores albi laxi, hoc potiſſimum anni tempore exuperant: alij que à pituita morbi diuturni, & curatu difficiles.*

Τοῦ δὲ ἦρος, τὸ φλέγμα ἔτι μὲν ἰσχυρότερον ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει, καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται. τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων, καὶ τῶν θερμημεριῶν. κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέων ταῦτα ἐστὶ μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ. ὑγρόν τε γάρ ἐστι, καὶ θερμόν. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται, καὶ ἐκ τῶν ῥινέων αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι, καὶ θερμότατοί εἰσι, καὶ ἐρυθροί.

## VERSIO.

Vere etiamnum ualida eſt pituita, & ſanguis augetur. nam & frigora remiſsiora uigent, & imbres ſuccedunt. qua ratione ſanguis augeſcit, conueniente potiſsimùm ea parte anni quæ calida eſt & humida. Signa aũt. hinc colligere licet, quòd homines uere & æſtate dyſenterijs, ſanguinis è naribus profluuio corripiuntur.

©BIUM



piuntur. ſuntq́ homines ipſi tũc calidiſsimi, & maximè rubicundi.

COMMENTARIA.

*Propter cognationem, & conuenientiam, quã cum hyemis fine ueris initium habet, ualidam adhuc uere ineunte pituitam dixit. Poſtea addit ſanguinem iuxta hæc augeſcere, à pluuijs uidelicet, & caloris incremento. Hæc quidem anni pars, ut quæ calida & humida ſit, maximè ſecundum naturam ipſi humori conueniens eſt. A' ſimili etiam, ut in his quæ præceſſerunt, & conuenienti, ſanguinem uere adoleſcere ratiocinatur. Ver namq; calidum eſt & humidum, cuius natura ſanguini eſt accomoda ac perſimilis: quando & ipſe calidus & humidus reperitur. Similium quippe in ſimile facilis eſt tranſitus: & à ſimili unumquodq; nutritur, fouetur, & incrementum ſuſcipit. Hac igitur tempeſtate calida & humida, ob naturæ cognationẽ calidi & humidi ſanguinis plurimùm generabitur, ſi aliæ ſimiles adhuc efficientes cauſæ, utpote regio, ætas, temperamentum, uictus, & exercitia conſenſerint: tum ab effectibus & ſignis uera quæ propoſuit eſſe indicat. Homines, inquit, ueris & æſtatis temporibus, cruentis*

Pituita cur adhuc uere ſit ualida.

f potiſsi-

©BIUM



potiſſimum torminibus corripiuntur, cum uidelicet in uenis multa ſanguinis copia adfuerit, quæ quidem ſtatim deinde per inteſtina expellitur, ſicut in mulieribus per uterum: in alijs uerò per nares, hæmorrhoidas, aut uomitionē. Nam per omnes has regiones conſueuit natura ſanguinis ſuperabundantiam excernere. Adiunxit æſtatem ueri, tum ratione dyſenteriæ quæ ex copioſo & calefacto ſanguine, ut diximus, excitatur, tum ob cutis ruborem. Nam beneficio ſuiipſius caloris, generatur uere ſanguis, & rubicundam totius corporis cutem efficit. Præterea calidi ad tactum hunc apparent homines, tū ſanguinis tum etiam ambientis aeris beneficio, ueluti etiam Galenus in Com. docet. Similiter et maximè rubicundi. nam genitus ſanguis, rubentem colorem uniuerſo homini impartitur. Color enim ſimilis effloreſcit humoribus contentis, ſicuti in noſtris ſuper Hippocratis Aphoriſmos Commentarijs etiam diximus.

Aphoriſ. 2. lib. 1.

Τοῦ δὲ θέρεος, τό, τε αἷμα ἰσχύει ἔτι, καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ, τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται· ἐναντίον γὰρ

αὐτοῦ

©BIUM



αὐτέου τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστὶν. ἡ δὲ χολὴ τὴν θερείην κατέχει τὸ σῶμα, καὶ τὸ φθινόπωρον. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων.

VERSIO.

Per æſtatem ſanguis adhuc uiget, & bilis in corpore gliſcit uſque ad autumnum, quo tempore ſanguis quidem paucus generatur: contrarius enim ipſius naturæ autumnus eſt. Bilis uerò æſtate & autumno corpus obtinet. indicio eſt, quòd tūc ſponte ſua bilem plerique uomunt, atq; epoto medicamento plurimam excernunt. Comprobant & febres, quiq; per ea tempora hominum calor eſſe cōſueuit.

COMMENTARIA.

*Aeſtatis tempore, & præſertim per eius initia, pleriſq; ſanguis abundat uere adauctus. non enim à calore aeris nos ambientis adhuc eſt digeſtus, nec uniat. humiditas cōſumpta. Bilis, inquit,*

©BIUM



quit, æſtate corpus obſedit, præſertim ſi reliquæ etiam calidæ & ſiccæ cauſæ omnes adſuerint: utpote regio, ætas, uictus, exercitium, & eiuſmodi. Hæ quidem omnes ſimul iunctæ, exactiſſimam generabunt bilem. Quòd autem bilis ipſa autumni tempore corpus detineat, hoc circa eius initium præcipuè, eo quòd æſtatis poſtremam partem redoleat, intelligimus. Ex ſigno etiam ratiocinatur. Homines, inquit, æſtatis tempore bilem ſponte uomunt, idq; propter exuperantiam ipſius. Item per medicamenta purgantia biliosa deijciuntur. Præterea febres biliosæ, quibus eo tempore homines corripiuntur. Adſunt etiam flaui colores, cuti ſuperficiariæ inhærentes. Hæc biliosi humoris ſunt indicia.

Τὸ δὲ φλέγμα τοῦ θέρεος, ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ. ἐναντίη γὰρ αὐτέου ἐστὶ τῇ φύσει, ἡ ὥρη· ξηρή τε γάρ ἐστι, καὶ θερμή.

VERSIO.

Nunquam aliàs pituita eſt imbecillior. nam huic æſtatis natura inimica eſt: ut quæ calida eſt, & ſicca.

COMMENTARIA.

*Aeſtate, ac tempore calido & ſicco pituita pluri-*

©BIUM



*plurimum aſſumitur: partim caloris interni ui diſcuſſa, qui tunc acris atq; ingens eſſe conſueuit: partim ab externo aere calido pariter & ſicco diſsipata. perficit enim, adaugetq; natura conueniens: oppoſitum autem diminuit, ac corrumpit.*

Natura conueniens perficit, & oppoſitum diminuit.

Τὸ δὲ αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρόν τε γὰρ ἐστὶ τὸ φθινόπωρον, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν.

V E R S I O.

Autumno ſanguis paucißimus gignitur. Nam ſicca eſt autumni natura, perq; ipſum homines refrigerari incipiunt. Ac tunc bilis atra plurima eſt, & ualentißima.

C O M M E N T A R I A.

*Quibus ætas floret, per æſtatem ſanguis aduritur. In ætate uerò declinante, & autumno iam uſtus eſt, & bona ſui parte in atram bilem abijt. Verùm portio tenuior in bilem flauam, & illa magis aduſta in bilem uitellinam tranſit: quæ in melancholiam conuerſa, ipſam multo acriorem efficit, quàm quæ ex parte ſanguinis craſſa*

f 3 conſici-

©BIUM



conficitur. Eſt autem hæc melancholia calci coctæ & feci uſtæ ſimilis, in qua ignis extinctus eſt, uel ſic ſopitus ut primo occurſu non appareat, in actum autem eductus urat. Cum alioqui lapis. fex non uſta, humor melancholicus, abſolutè frigida ſint. quemadmodum teſtantur qui in arte medices ſcriptum aliquid poſteritati reliquerunt. Autumno igitur ſanguinem imminui oſtēdit Hippocrates: quia ſanguinis naturæ autumnus contrarius reperitur. & atra bilis autumno plurima eſt, maximeq́; exuperat: idq́; propter eius adaugentes & perficientes cauſas. Frigiditas namq; & ſiccitas ( quæ bilis atræ ſunt cauſæ efficaſſimæ ) potiſſimum ea tempeſtate uigent. Frigidus quidem autumnus eſt, ob hyemem non ualde illi remotam: ſiccus uerò, ex derelicta æſtatis ariditate. Atque homines tunc temporis refrigerari incipiunt, idq́; propter ſanguinis imminutionē ex humoris frigidi prædominio. Siquidem ut ſimilia à ſimilibus conſeruantur, & incrementa ſuſcipiunt, ac perficiuntur : ita contrarium euenit in diſſimilibus.

ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥτε χολὴ ψυχομένη, ὀλίγη γίνεται· καὶ τὸ φλέγμα

αὔξ

©BIUM


αὔξεται πάλιν, ἀπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος, καὶ ὑπὸ τοῦ μήκεος τῶν νυκτῶν.

V E R S I O.

Cum uerò hyems ingruit, bilis frigore preſſa decreſcit, & pituita rurſus augeſcit, tum ob frequentes imbres tum noctium longitudinem.

C O M M E N T A R I A.

*Hyems, iuxta medicos, ſub Vergiliarum incipit occaſu, qui paulo ante calendas Nouemb. accidere dicitur, quo tempore frequentes ferè ſunt pluuiæ. Atq; ex frigoris ac pluuiarum incremẽtis pituitæ acceſsionem fieri, dubium non eſt. Noctium longitudinem commemorat, quæ fit propter longã ſolis ſub terra morã, propter quã frigus nobis adeſt: ſiquidẽ caloris nos ambientis author eſt ſol, dũ ſupra uerticẽ noſtrũ progreditur, et diẽ lõgiorẽ efficit. Hyeme quidẽ obliquus eſt, & breui ſupra terrã fertur, unde frigiditatis fit acceſſus. Cæterùm humorem in ſingulis anni partibus præpollentem, uult temporis reſponderé temperamento. Vnde pituitã frigida & humida cũ ſit, hyemi eam cõparat. Sanguinem, qui calidus eſt, et humidus, ueri: flauam bilem, ut quæ calida & ſicca fuerit, æſtati: atram uerò bilem,*

Hyems quãdo incipiat.

Humores 4. totidem anni partibus adæquãtur.

©BIUM



*quæ quidem frigida & ſicca dicitur, autumno. Cum igitur anni temporibus ſinguli humores augeātur, cauſam reddit. Cur autem pituita hyeme redundet, ex crebris ſcilicet pluuijs & adauctis noctibus intelligēdum: ex illis quidem humidum, ex his uerò frigidum indicans.*

Ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου· ὑπὸ δὲ τῆς περιϊσταμένης ὥρης, ποτὲ μὲν πλείω γίνεται σφῶν αὐτὰ ἑωυτέων, ποτὲ δὲ ἐλάσσω, ἕκαστα κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν.

VERSIO.

Habet igitur corpus humanum hæc omnia perpetuò: eaq; pro temporum mutationibus modò augeri, modò diminui contingit. Idq; ſuprà infra'ue, quàm fuerit cuiuſq; priuatim modus, uel etiam quàm naturæ hominis conueniat.

COMMENTARIA.

*Humores quatuor ſecundum naturam cunctis animantibus ineſſe, hoc loco concludit Hippocrates. Verùm pro anni partibus & propria cuiuſque natura aliquando copioſiores ſeipſis fiunt,*

©BIUM



fiunt, aliquando pauciores, iuxta tum quantitatem & copiam, tum complexionem & naturam penes ſimilia, unde abundantiores: & contraria ac diſsimilia, unde minores ac debiliores redduntur. Idq; iuxta diuerſas animantium naturas & temperies. Neq; enim particularis quiſq; homo, una præditus præciſè eſt natura & tẽperie, quando intra humanæ tẽperiei latitudinem ampla ſatis et magna ipſarum cernatur differentia. Etenim hi ſanguinei magis, hi uerò biliosi: alij pituitoſi, alij atrabilarij dicuntur: ſed intra latitudinem humanæ ſpeciei, ut diximus. Animatum igitur corpus ac ſanguine præditum, hos quatuor ſemper naturales humores, ſanguinem, pituitam, ac bilem tum flauam tum atram, cõtinet: qui quidem humores maiores minoresue ſunt, tum quo ad naturam & uirtutem, tum molem & copiam penes proportionalia tempora & animantium temperiem.

Animatum corpus 4. ſemper humores in ſe habet.

Ὥσπερ δὲ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν. οὐ γὰρ ἂν μείνειεν τούτων οὐδὲν, οὐδένα χρόνον, ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ· ἀλλ' εἰ ἕν τι ἐκλίποι,

©BIUM



παύτ' αὖ ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε, καὶ τρέφεται ὑπ' ἀλλήλων.

VERSIO.

Quemadmodum enim totus annus particeps eſt omnium, utpote calidi, frigidi, ſicci & humidi, neque enim quicquam horum ullo tempore conſiſteret, ſine reliquorum omnium quæ in hoc mundo ſunt conſortio: quòd ſi unum deficeret, cætera omnia ſimul abolerentur, quippe quæ ab eadem ſunt cõſtituta neceſſitate, & à ſe mutuò aluntur.

COMMENTARIA.

*Nõ ſecundũ excellentiã calidũ, frigidũ, ſiccũ, humidũ: ſed elementariũ intelligit. Itaq; annũ uniuerſum omniũ eſſe participẽ dixit. ueluti hyems tota frigidi & humidi, æſtas calidi & ſicci, autumnus frigidi & ſicci. Neq; interea elemẽtorum aliquod conſiſtere poteſt, ſecluſa aliorum ſocietate: quandoquidem ipſorum unum prorſus corrumpi non poteſt, niſi reliqua etiam corrumpantur, aut pari menſura ab eodem neceſſaria cauſa foueantur. Atque ſi unum aliquod ex ipſis*

*elementis*

©BIUM



elementis perierit, & quod ex ipſis compoſitum eſt interire neceſſe eſt. Quemadmodum ſi frigidum elementum pereat, ignis omnia erunt: & ſi ſiccum, aqua: & ſi non ſit æſtas, hyems eſt: & contrà. ſicuti de uere & autumno dici poteſt: & ſic uniuerſa in mundo generata corpora corrumperentur. Poſtea ſubiunxit materialem & alteram neceſſariam cauſam, cũ dixit (& aluntur à ſe mutuo) id eſt, mutuò ſimul ſeſe inuicem, ut dicitur, ſuſtentantur, ad generationem & trãſmutationem. Neq; alia eſt elementorũ nutritio, quàm eorundem mutua generatio, & permutatio, cum ſint corpora omnium ſimpliciſſima. Hæc enim ſunt cauſa generationis & corruptionis. Primùm tamen ſolis & planetarum motus uniuerſales, æternæ efficientes cauſæ dicuntur, ex quibus illa prima corpora communis æternaq; materialis cauſa nuncupatur: atq; generatio ac corruptio quælibet circa harum primarum qualitatum temperiem & intemperiem, formam ſcilicet & priuationem, ſucceſſione ſemper uerſantur. Huius enim temperiei & formæ generatio, eſt alterius temperiei & formæ corruptio: & contrà, huius corruptio, alterius eſt generatio.

Elementorũ nutritio.

οὕτω

©BIUM



οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν ξυγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος.

VERSIO.

Ad eundem modum & homo. nã ſi quid eorum deſit quę ſunt ipſi cõgenita, uiuere non poterit.

COMMENTARIA.

*Si quo humore ex quatuor congenitis homo deſtituatur, nullo modo uiuere poſſe oſtendit. Congenita namq; ſeu cognata ipſos humores, ut alibi diximus, appellat: utpote ſanguinẽ, pituitã, & utrãq; bilẽ. Si igitur ex humano corpore uel humidũ uel ſiccũ, uel calidũ uel frigidũ abſceſſerit, ſtatim humores corrũpentur: qui quidem per excellentiã (nõ ſincerè, neq; exactè) ſunt humidi, ſicci, calidi & frigidi. Nam pituitã frigidam & humidam dicimus, non ceu contrariorum humorum expertem, ſed ueluti eos ſuperãtem. Eadem ratione de utraq; bile. Nam flaua, ſicca eſt: nigra etiam ſicca & terreſtris eſſe dicitur: neutra tamen humiditatis expers, cum ſit humor: alioqui oporteret eſſe corpus ſolidum, ſicuti adamas. Cæterum ex bilioſo humore ingenij acrimonia proficiſcitur: ex ſanguineo, affabilitas: ex melan-*

melancholico conſtantia. Sed pituita ad mores fingendos, teſte Gal. eſt inutilis. uerùm de his in noſtra de Artis medicæ inſtitutione dicemus.

Ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ ποτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, ποτὲ δὲ τὸ ἔαρ, ποτὲ δὲ τὸ θέρος, ποτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ποτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, ποτὲ δὲ τὸ αἷμα, ποτὲ δὲ ἡ χολή, πρῶτον μὲν ἡ ξανθή, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη.

VERSIO.

Inter anni tempora modò uiget hyems, aliquando uer: interdum æſtas, aliàs autumnus. Sic in homine interdum pituita præualet, aliquando ſanguis, nonnunquam bilis: primùm quidem flaua, deinde etiã atra.

COMMENTARIA.

*Quibus humoribus inter ſe mutua temperamenti cognatio intercedit, eos ſuis anni temporibus mutuò reſpondere docet Hippocrates. Interea uarijs flatibus cauſam attribuunt, qui præcedentes anni partes permutarunt, & ad futuram anni partium temperaturam ueluti diſpoſuerunt, Itaq; à ſimili argumentatur. Vt in anno, inquit,*

©BIUM



*quit, nunc humida & frigida aqua hyemis tempore dominatur, nunc calidus & humidus aer in uere, modò calidus & ſicc*s ignis magis in æſtate. poſtremò omnium in autumno frigida & ſicca terra: ſic & in homine contingit. Nam in decrepita ætate pituita, quæ frigida & humida, ſicuti hyeme potiſsimùm uiget: in adoleſcentia ſanguis, qui calidus eſt & humidus, ideoq; aeris tempori correſpondet: in iuuentute flaua bilis, calida & ſicca, æſtati conformis: in ſenectute uerò atra bilis, ſicca & frigida, autumno conferenda. Et ita ſingulis anni temporibus naturales ſingulos procreari et ſeruari humores manifeſtè docuit, atq; rem totã exẽplis ſequentib. explicat.*

**Comparatio anni totius cum uniuerſa hominis ætate.**

Μαρτύριον δὲ σαφέστερον, εἰ ἐθέλεις τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεται σοι τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελαίτατα.

V E R S I O.

Huius rei euidentiſsimum argumentum ſi requiras, datum eidem homini quater in anno idem medicamen-

camen-

©BIUM



camentum tibi indicabit. Siquidem hyeme reijcientur per uomitum pituitoſa: uere, liquidiſsima quædam: æſtate biloiſa, & autumno nigerrima.

COMMENTARIA.

Exemplo rationali confirmat, humores tempeſtatibus anni decenter attribui. Epoto, inquit, uno medicamento, ſiue illud uomitorium ſiue deiectorium fuerit, uidebimus quidem alias alium humorem in purgationibus admiſceri copioſius: quia ſingulis anni temporibus ſinguli dominantur humores. Eidem homini, dixit. Nam ſi non eidem homini, nec idem medicamentũ porrigi debet, ſed diuerſum & alterius generis: non equidem manifeſtum & fidum indicium reperiemus, ſingulos eoſdẽ humores ſingulis temporib. dominari: quando purgationes illæ uariæ ac diuerſæ, uarijs & diuerſis naturis, nec non medicaminum purgantium diuerſitati tribui poſſunt, & non humoribus, certis ſuis temporibus dominantibus. At ſi eidem homini eiuſdem generis & facultatis medicamentum uno & eodem modo quater in anno (nulla ratione temperiei medicaminis, ſeu cuiuſcunq; alterius rei habita) exhibeatur:

Humores tempeſtatib. anni attribuit.

*beatur: euidentiſſimum patebit ſignum, unumquemlibet humorem ſuis, ut diximus, temporibus naturaliter prædominari. Quatuor igitur naturales ſemper reperiri humores aſſerit; ſpecie & facultate ſeiunctos, ac diſtinctos penes eorũdem efficientium & conſeruantium elementa.*

Ὀφείλει οὖν τουτέων ὧδε ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νοσημάτων τοῦ χειμῶνος αὔξεται, θέρεος λήγειν. ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται, χειμῶνος λήγειν· ὁκόσα μὴ αὐτέων, ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλάσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις φράσω, τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νοσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπαλλαγήν. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νοσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅτι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ὡς ἐνιαύσιον αὐτὸ ἐσόμενον.

V E R S I O.

Cum igitur hæc ita ſe habeant, quicunq; morbi hyeme augentur, æſtate deſinere ſolent: & qui æſtate creuerint, hyeme finiri: niſi ex eorũ ſint genere, qui certo dierum circuitu ter-

©BIUM


tu terminantur, de quibus ſum alio loco dicturus. Qui uere itidem morbi gignuntur, eos autumno ſolutum iri ſperandum eſt. Autumnales cōtrà, ueris aduentu ſecedere conſueuerunt. Quiſquis hæc tempora prętergreſſus fuerit, hunc annuum fore ſciendum eſt.

COMMENTARIA.

*Exquiſitis rationib. adhuc illa quæ dicta ſunt confirmat Hippocrates, utpote de iudicio diuerſitatis humorū ex eorum uicibus ſucceſsiuis ſumpto. Etenim quatuor primos ſecundum naturam humores, quatuor anni temporibus correſpondere dicebat: pituitā hyemi, à conſimili & conuenienti tempore auctā & productā: ſimili modo & ſanguinē ueri: bilē flauam æſtati, & bilem atrā autūno. Et cū unus ex iſtis humorib. dominatur, tunc reliqui imminuuntur, debilioresq́; fiunt. Nam cauſæ contrariæ à contrarijs imminuuntur ac deſtruūtur. Itaq; morbos qui hyeme augentur, æſtate finiri dixit: & qui æſtate attolluntur, hyeme deſinere: niſi ex eorum genere fuerint, qui dierum decretoriorū circuitibus finiri ſolent, de quibus ſe alio loco dicturum pollicetur,*

 utpo-

©BIUM



*utpote in Prædictionũ & Epidemiorum libris. Hanc ſpeculationem pluribus ſumus proſecuti in Aphoriſmis Hippocratis, aphoriſmo 24. lib. 2. Morbos præterea annuos uocat, qui poſt ſuæ generationis annum diſcedunt, & aliquando intra annos ſeptem: ſicuti lib. 3. Aphoriſ. indicauit.*

Morbi annui qui dicãtur.

Apho. 28.

Καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἰῆσθαι τὰ νοσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι, κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτῷ κατὰ φύσιν οὖσαν μάλιστα.

VERSIO.

Atq; ſic medicum ad morbos accedere conuenit inſtructum, qui ſingula in corporibus ſecundum anni tempus pro ſua natura maximè conſtitutum, inualeſcere norit.

COMMENTARIA.

*Quomodo ad morbos curãdos medicus accedat, hic poſtremò docet Hippocrates, ut prius ſcilicet exuperantium humorum naturam in ipſis agnoſcat: idq; ſecundũ anni tempus, & propriam cuiuſq; naturam, atq; omnem de anni tẽporibus, ætatibus, locis, uitæ ſtudijs, & quotidianæ uictus rationis diſputationis uſum docet.*

Nam

©BIUM

Nam medicum ad hæc omnia circumſpectũ eſſe decet. Et ubi præpollentem cognouerit humorẽ, eum'ne quãtitate an uiribus exuperet, & in qua corporis parte, intelligat. Sic enim curationem optimè præſcribet & adhibebit, ijs uidelicet auxiliorum generibus quæ per contrariam morbis (id enim axioma eſt medicorum uniuerſale) facultatem uincant. Quemadmodum hyeme morbis pituitoſis, per calefacientia & exſiccantia: bilioſis æſtate, per refrigerãtia & humectãtia, & ſic de alijs. Hæc uolui ex Hippocrate, Galeno, Platone, Ariſtotele, & alijs tum antiquorũ tum recentium monumentis, breuiter ſummatimq́; adferre: idq́; in communem ſtudioſorũ utilitatem, præſertim eorum qui ſua ſtudia Medicæ arti deſtinarunt, cum alioqui alia quædam maioris exercitij iniunxiſſem excudenda.

FINIS.

©BIUM

# ALIAE ANNOTATIONES DOCTI CVIVSdam, in libellum Hippocratis de natura Hominis.

INSTITVENS Hippocrates de Hominis natura ſcribere, primùm opiniones malas & philoſophorum et medicorum, qui nõ ex ueritate & peritia rei docti, aliud ſibi et alijs perſuaſerant hominẽ eſſe quàm erat, refellit. Quod ſanè inuitus facere uidetur. nam omnino paucis in locis idem facere reperitur. Primam igitur huius libelli partem uſq; ad τὸ δὲ σῶμα, ut auditorem à falſis opinionibus illorum auertat, inſtituit in philoſophos & medicos, qui malè de natura hominis ſentiebãt. Poſtea, ab eo loco ad finem uſq;, ueram naturam hominis oſtendit.

Oσις μὲν.) In hoc maximè laudandus uidetur Hippocrates, quòd medicinã docens, nuſquã limites eius artis excedit: ſed in eo ſemper hæret, ut inſtituat medicum. Hic igitur, ne nimium uagetur extra medicinam, diſputando contra philoſophos, admonet eos, & omnes qui medici non

©BIUM



dici non ſunt, ut à ſuo ſermone, tanquam ipſis inutili, abſtineant.

ὅτε γὰρ.) Philoſophi aſſerebant, aliqui hominem aerem eſſe ſolum, alij ignem, alij aquam, alij terram: quæ cum non uideantur eſſe in homine, abſurdum putat de his diſputare.

φασὶ γὰρ.) Et qui aquam eſſe dicebāt hominem, & qui ignem, idem argumentum hoc afferebāt. Ex quo colligit Hippocrates, & ex eo quòd à ſeipſis diſſentirent, & inter ſe, non intelligere quid ſit homo. qui enim rectè nouit, ſemper in eadem ſententia ſtat.

τῶν δὲ ἰητρῶν.) Medici eadem ratione qua philoſophi utentes, dicebant aliqui hominem eſſe ſanguinem ſolum, alij pituitam, alij bilem: ſed coacta à calido & frigido, mutari in ſpecies alias. quòd falſum eſſe oſtendit Hippocrates, primùm ex morbis qui hominem infeſtant: qui non fierent, ſi unum eſſet homo. quum enim fiant ſolum ab inæqualitate quatuor humorū, & intēperie, ut in libro quarto morborum oſtēdit: non poſſet ægrotare, ſi unum eſſet. Deinde ex medicamentis uarijs, quib. in ſanādis hominib. utimur, oſtēdit neceſſe eſſe, nō unū eſſe hominē. Solo enim ſibi cōtrario medicamēto ſanaretur, ſi etiā ægrotaret.

©BIUM


Αξιῶ δὲ.) Dicit, illos qui affirmabant unum eſſe hominem, debuiſſe ueris rationibus oſtendere, ſaltem aliquo tempore aut anni, aut ætatis, hoc ſolum hominem in ſe habere: quemadmodũ ipſe oſtendet illa quatuor habere ſemper.

πρῶτον μὲν.) Quum ita conſtet natura, ut nihil generet niſi à multis eiuſdẽ generis, iiſq; tẽperatis: nõ potuit à ſolo generari homo. Ex quo conſequitur, neq; unum eſſe: ſeruat enim naturã eorum, à quibus compactus eſt. Lege hic locum illũ primi de Diæta, ξυνίσταται μὲν οὖν, qui non parum conferet ad totum hunc locum intelligendum.

Τὸ δὲ σῶμα.) Hactenus aliorum opiniones refellit: nunc ſuam adfert. Dicit enim hominem eſſe non ſanguinem, non pituitam, non bilem flauam, aut atram: ſed omnia ſimul, & per quatuor illa ægrotare & ualere.

Ἀλγεῖ.) Ita libro primo Morborum, de cauſis eorum loquens ait: Morbi igitur fiunt omnes, ex his quidẽ quæ in corpore inſunt, à bile et pituita: externis uerò, à laborib. & uulnerib. ſed et à calido & ſupercalefaciẽte, à frigido & ſuperfrigefaciente, ſicco & ſuperſiccante, humido & ſuperhumectante. Et bilis quidem & pituita cũ

innaſcen-

©BIUM



innaſcentibus connaſcuntur: & ſunt in corpore aut plus, aut minus. Morbos autem exhibent, alios à cibis & potibus, alios à calido ſupercalefaciente, & humido ſuperhumectante.

Εἶπον δὴ.) Dicit, ſe pollicitum eſſe oſtenſurum, hominem eſſe ſemper illa quatuor, pituitam, ſanguinem, bilem flauam, & atram: quòd non opinionibus garrulis, ſed ex his quæ in re inſunt probat. nam neq; eadem nomina habent, neq; eadem ſunt & colore, & qualitate. Sanguis enim ruber, pituita alba, bilis alia flaua, alia atra. & bilis calida, pituita frigida: ſanguis humidus, bilis atra ſicca. Quæ cum ita differãt, non poßunt idem eſſe, quandoquidem neq; ignis & aqua idem ſunt.

Ξυγγέγονε δὲ.) Oſtẽdit hominem eſſe verè ſanguinem, & pituitam, & bilem flauam, & atram: quòd ab illis compactus ſit, & educatus in illis, & generatus ab eo qui illa omnia habuit.

Οἱ δὲ λέγοντες.) Adfert argumentũ, quo illi utebantur, qui aut pituitam, aut bilem, aut ſanguinem ſolum eße hominem affirmabant.

Καί τοι.) Refutatio argumenti eſt.

Ὥσπερ τὸ.) Ita libro quarto de Morbis ait: Vbi edit aut bibit homo, attrahit corpus in ſeipſum

©BIUM



pſum de uentre ex humore prædicto: & fonte attrahunt per uenas de uentre ex humore, ſimilis humor ſimilem, & diſtribuunt corpori: uelut in plantis attrahit è terra ſimilis humor ſimilem. Habet autem ſic terra in ſeipſa facultates omnigenas & innumerabiles. Quæcunq; enim in ipſa naſcuntur, eorum humorem præbet talem, qualem et ipſa planta in ſe ſimilē à natura habet: & attrahunt è terra unaquæq; alimentum eiuſmodi, qualia ipſa ſunt. roſa enim trahit è terra humorem talem, qualis & ipſa facultate eſt. Quæ prorſus eadem ſunt in medicamento: niſi quod, ut corpus ſuperans humorem alentem, attrahit illum ad ſe, ita medicamentū ſuperans corpus, attrahit ex illo, quod ſibi ſecundum naturam eſt.

Ἔπειτα δὲ ἕλκει.) Poſtquam attraxit medicamentum ex corpore, quod ſibi maximè ſecundum naturam eſt, attrahit ea etiam quæ proximè, in quantum ſuperatur corpus: id quod etiā fit in plantis, uide quartum Morborum.

Αὔξεται δὲ.) Secundum tempora anni unūquemq; humorem in corpore & augeri, & minui dicit, prout tempus ipſum, illi ſecundū aut cōtra naturam eſt: ut ipſemet libro de Humoribus rectè oſtendit.

H δὲ

©BIUM



Η δὲ χολὴ τὴν.) *flaua ſcilicet æſtate, atra autumno.*

Ἔχει μὲν οὖν.) *Hæc eſt concluſio rei, quæ ex argumentis præpoſitis colligit, hominem habere ſemper in ſe illa quatuor: augeri uerò & minui, pro tempore.*

Ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς.) *Lege diligẽter libro primo Diætæ, ab eo loco,* τούτων δὲ ὁκότερον ἂν τύχῃ τι, *&c. uſq; ad,* οἱ δὲ ἄνθρωποι. *reperies hominẽ omnino ad mundi ſimilitudinẽ cõpoſitũ.*

Πάντα ξυνέστηκέ τε ἐπ'.) *Lege hic in primo Diætæ,* ἀπόλλυται μὲν οὐδὲν ἁπάντων, *uſq; ad,* ὅλα τῶν ἀνθρώπων. *reperies omnia ali ab inuicem, & nihil perire.*

ἰσχύει δὲ ἐν.) *Dicit, prout aliquod tempus in anno uiget maximè, ita humorem qui ſibi ſecundum naturam eſt, tunc in homine maximè uigere. ut in uere maximè pluuioſo, ſuperabundat ſanguis: æſtate maximè calida, bilis flaua: autũno maximè ſicco, atra: hyeme maximè frigida, pituita. uide librum de Humoribus.*

Ὁκόσα μὲν τ.) *Libro tertio Epid. ſub finẽ, ait: Aeſtiuos morbos hyems ſuccedens ſoluit, & hyemales æſtas ſuccedens tranſmutat.*

©BIUM

# RERVM ET VERborum Index.

## A

ACiditas unde fiat 46
actu eſſe quid 61
adoleſcentia ſanguini potiſſ. obnoxia 94
ægritudo quid, & unde fiat 53
aer, primum elementum 17. rerum principium Anaximeni 8
æruginoſa bilis 48
æſtas calida et ſicca 84. 90. pituitæ inimica 84
æſtate bilem potiſſ. obtinere 83. 84
æſtate qui potiſſ. humores et morbi uigeant 80. 81. 83
ætatum ad quatuor anni partes proportio 30
affabilitas, ex ſanguineo humore 92
alteratrix facultas 74. 75
Anaxagoræ de rerũ principijs ſententia 12. 26
Anaximandri de rerum principio ſententia 9. 12
Anaximenis Mileſij de rerum principijs opinio 8
animalis facultas 74
animatum corpus quatuor humores ſemper habere 89
anni certis interuallis certos humores melius euacuari 95
anni comparatio cum uniuerſa hominis ætate 94
anni qualitates quatuor 90
aqua Thaleti rerum principium 9. 10. 18
atomi qui 13. 26. rerum principium 13. 72
attractrix facultas 74. 75
autumnus frigidus et ſiccus. 90. 85. 86
autumnus ſanguinis naturæ contrarius 83. 86
autumno bilem potiß. obtinere 83. ſanguinem pauciſſ. gigni 85. imminui 86

Bilis

©BIUM



B
Bilis, elementum 41
bilis aduſta 49. 50 æruginoſa unde fiat 48
bilis atra naturalis 43. autumno ualidiſsima 85. 86
bilis atra ſicca & frigida, autũno & ſenectæ reſpõdens 88. 94. 97 ſicca & terreſtris 92. grauis & craſſa, ac purgatu difficilis 72
bilis atræ cauſæ 86. quatuor ſpecies 49
bilis atræ tam naturalis quàm excrementiciæ generatio 49
bilis cærulea unde fiat 48
bilis flaua 42. pallida, naturalis utraq; dicta. ibid.
bilis flaua purgatu facillima 82
bilis flaua calida & ſicca æſtati & iuuentæ conformis 87. 92. 94. 97
bilis flauæ & atræ generatio 23. 44. 45
bilis flauæ præter naturam generatio 48
bilis euacuatio quo tempore cõmodiſsima 65
bilis color duplex 43
bilis in iocinore generatio 49
bilis qualitas 42
bilis iſatidis generatio 49
bilis porracea qualis, & unde generetur 48
bilis uitellinæ generatio 43. 49
bilis quo potiſſ. anni tempore uigeat 83. 84
bilis utraq; ſicca quomodo 61
bilem ſolam eijcientes nõ mori 70
C
Cærulea bilis 48
calor & frigus rerũ principia Parmenidi 11
calor, uitæ fons 9
carbunculi humores unde 50
cauſa materialis 91
cauſæ æternæ efficientes 91

©BIUM



tes 91
cibi calidiores, bilioſi 44. frigidiores pitui- toſi. ibid.
coli dolores unde 43
colorem cutis, humorem contentū indicare 82
commoderatio 40
conceptionem diſcraſia moderata fieri 35
congenita, ſiue cognata, cur dicti quatuor humores 67.92
conſtantia, ex melancholico humore 93
contraria contrarijs mederi 99
corpus naturale, & per ſe conſiſtens, male ab antiquis intellectū 21
corporum generatio quo modo fiat. 33. & quādo 35

D

Democriti de rerū principijs ſententia 11.13
Deus rerum principium 11
Diogenis Apolloniatæ de rerum principijs opi-nio 8.9.11
dolor quid 26
dolor duo neceſſaria exigit. ibid.
dolor morbificus unde 56
dyſenteria unde 82
dyſenterijs quo tēpore potiſſ. obnoxij homines 80

E

elemētaria principia quatuor 36
elementum quomodo per ſe principium ut ſit, co-nentur philoſophi oſtendere 17
elemēto uno conſtare hominem, falſum 25
elemento uno tantum nihil generari 32
elemēta animaliū ſanguine præditorum qualia 41
elementa corporum humores 8
elementa quatuor rerum principia 12
elementa quomodo cōſiderint philoſophi 21
elemen-

©BIUM



elementorum commoderatio quid efficiat 50. 51
elementorum in corpore mixtio 39
elemẽtorũ neceſſaria inter ſe coniunctio 91
elementorũ nutritio. ibid.
Empedoclis de rerũ principijs ſententia 12. 26
Epicuri de rerum principio ſententia 13. 22. 26
expultrix facultas 74. 75
facultates in corporibus tres 74
facultatum quatuor actiones 74
formæ & materiæ quatenus eadem ratio 40
formam mutari quomodo intelligendum 29
frigus & calor rerũ principia Parmenidi 11
frigoris per hyemem cauſa 87
G
Generatio quid 32. 33. quando fiat, & quomodo 33. 35
generationis rerum elementa cuiuſmodi philoſophis 12
generationem ex uno ſimplici elemento fieri nõ poſſe 32
gypſea pituita 48
H
Heidelbergenſis Academia ab Othenrico & Friderico principibus Electoribus aucta 5
Heracliti Epheſij de rerum principijs opinio 9
Heſiodi locus 10
Hippaſi Metapontini de rerum principijs opinio 9
B. Holleri de Morbis curandis liber 54. item Medicæ artis inſtitutio 23. 44. in Aphor. Hippocratis Cõmentarij 35. 38
Homeri de rerum principio ſententia 10
hominis origo non ex uno ali-

©BIUM



aliquo elemento 14
hominem qua ratione ueteres philoſophi unum eſſe, ſiue ex uno humore cōſtare aſſeruerint 68. 69. 71
ἐμαιμωσία 12
humor quid 41
humores cur medicamēto purgante præter rationē excernantur 72
humores, elementa corporum 8
humores excrementicij quales 45
humores quādo formam mutent 24
humores quando ſinguli & facilius & copioſius euacuentur 65
humores quatuor, cur congenita ſiue cognagnata dicantur 67. 92
humores quatuor quomodo in alimentum uertantur in lacte materno 67
humores qui à cauſis præter naturam gignuntur, corpori alendo inutiles 45
humores qui qua hominis ætate præualeant 94. qui quibus anni temporibus eijci ſoleant 95
humorum diuiſio 41. quatuor genera 42. eorūdem generatio. 23. 44. inter ſe neceſſaria cōiunctio. 90. 91
humorum quatuor commoda temperies, uita hominis 65
humorum quatuor inter ſe differentia 60
humorum quatuor uno deficiente, uitam etiā deficere. 65. 66. 67. 70
humorum uacuatio duplex 58
humores quatuor ordine effundi nimijs purgationibus, non unicum tantum 70
humores quatuor omni ætate & tempore in hominis corpore contineri 31

©BIUM



humores quatuor, quatuor anni temporibus reſpondere 30. 87. 95. 97
humores quatuor ſecundum naturam cunctis animātibus ineſſe 88. pro anni partibus & propria cuiuſq; natura augeri aut minui 89
humores ſingulis anni tēporibus ſingulos dominari 95
humoribus omnia paſci 10
hyems frigida & humida 90. quando incipiat 87
hyemis frigus, & noctiū longitudo unde 87
hyeme cur pituita potiſſimùm corpora infeſtet 78. 79. 87
hyeme quibus potiſſimùm morbis obnoxij homines 80

I

Ignis an rerum principium 9. 17
inane, non ens 13
inane, ſolidum, rerū principia 11. 13
ingenij acrimonia ex biolioſo humore 92
iſatidis bilis generatio 49
iuuentæ cōformis, bilis flaua 94

L

Lac maternum ex quatuor humoribus cōſtare 67
Leucippi de rerum principio ſententia 13
lienis nutrimentum atra bilis 44
Lucretij de rerum principijs ſententia 22

M

Maſſa ſanguinaria 55
materiæ & formæ quatenus eadem ratio 40
de Materia prima philoſophorum ueterum opinio 21
medicamentum purgans quomodo & cur humores è corpore ejiciat 72. 73. 74
medicus quomodo ad

©BIUM



morbos curandos accedere debeat 98
medicorum ueterum error 23
melancholia 42. 43.44. feci uſtæ ſimilis 86
melancholia quo tempore commodiſſimè euacuetur 65
melācholicus humor 43. 44
Meliſſi de rerum principio ſententia 9.12.20. 21
morbus quando fiat duplo maior 57
morbi annui qui Hippocrati 98
morborum ex humorib. origo qualis 45
morborum generatio unde 53
morborum tria prima genera 52. uariæ ſpecies 26.27
morbos qui alio anni tempore augentur, alio minui ſolere 96
mucoſa pituita 48
mundus à Deo creatus, etiam Platone teſte 9
mutationes ſimplices 33

N

Naſcendi & intereundi cunctis eadem ratio 39.40
natura animalium ſanguine præditorum duplex 51
natura conueniens perficit, oppoſita diminuit 85
natura corporis 40
natura omnium animalium duplex 37.39
natura rerum omniū unde conſtituatur 41
natura rerum ſenſilium an una tantum 11
naturæ uoce multa ſignificari 38
naturarum triplex genus 39
naturalis facultas, eiusq; ſpecies 74
Nicolaus Peripateticus philoſophus 8
noctium longitudo per hyemem unde 87

O

Oceanus

©BIUM



Oceanus omnium pater cur Homero dictus 10
Ouidij locus 33

P

Parmenidis de rerũ principijs ſententia 11
philoſophorum de rerum principijs diſſenſio 8, inde
pituita, elementum 41
pituita ad mores fingendos inutilis 93
pituita acida 46. aquoſa 48
pituita cur adhuc uere ſit ualida 81
pituita cur & quando calida ſentiatur 79
pituita decrepitæ ætati conformis 94
pituita dulcis 46
pituita excrementicia duplex 47
pituita frigida & humida, hyemi reſpondet 87. 92. 94
pituita gypſea 48
pituita inter humores frigidiſſima 77. 79
pituita mucoſa 48
pituita naturalis 47. non naturalis duplex 46
pituita quo tempore commodiſſime euacuetur 65
pituita ſalſa 46. unde 47
pituita uitrea. ibid.
pituitæ cauſa efficiens 78, item materia. ibid. & 79
pituitæ cum hyeme affinitas 77. 7[illegible]
pituitæ generatio 23. 44
pituitæ qualitas 42
pituitæ æſtas inimica 84
pituitam hyemi reſpondere 92
pituitam hyeme augeſcere 77. 87. & cur 83
plantarum diuerſi ſapores unde 76
plantarum interitus unde & quomodo fiat 76
plantas e terra ſuæ quaſque naturæ conuenientem ſuccum attrahere 74. 76
Platonis de rerum principio ſententia 9

©BIUM



plenum, ens 13
porracea bilis 48
poteſtate eſſe quid 61
principium, prima corporum natura antiquis 10
principium rerum unum, & cuiuſmodi 11
principij rerum primi uaria & inconſtans apud ueteres aſſertio 17
de Principijs rerum uariæ philoſophorũ ſententiæ 8. inde. 11
Ptolemæi regis maior ex literis, quàm ampliſſ. regno, oblectatio 5
purgantia medicamenta cum iudicio exhibenda 71
purgantium medicamentorum uis ac ratio 74
purgationes immodicæ quando contingant 71
purgationibus nimijs nõ unum aliquem humorem duntaxat, ſed omnes quatuor ordine effundi 70
Pythagoreorum de rerũ principio ſententia 14

R

Rarum. ex raritate cuncta conformari 9
rationes falſæ & minimè cõcludentes quæ 17
rerum principia infinita Anaxagoræ 12. finita Empedocli. ibid.
de Rerum principijs uariæ philoſophorũ ſententiæ 8. inde. 11
retentrix facultas 74. 75

S

Salſus ſapor unde fiat 47
ſanguinaria maſſa quid Hippocrati 55
ſanguinei quales 42
ſanguis calidus & humidus. 81. 94 ueri reſpondet 87
ſanguis cur in uehementioribus euacuationibus poſtremò eijciatur. 70. 72
ſanguis, elementum 41
ſanguis naturæ familiariſsimus 72
ſanguis non naturalis duplex

©BIUM



plex 46
ſanguis quomodo pro hominis anima habit° 69
ſanguis quomodo profluat é corpore 65
ſanguinis cum uere cognatio 81.97
ſanguinis è narib. profluuio cur æſtate potiſsimum obnoxij homines 80.81
ſanguinis euacuatio quo tempore cõmodiſſime fiat 65
ſanguinis generatio 23.44
ſanguinis moles uniuerſa quatuor diſtinctis partibus inſignita 61
ſanguinis qualitas 42
ſanguinis ſuperabundantia quibus partibus potiſſ. excernatur 82
ſanguinem autumno imminui 86
ſanguinem uere adoleſcere 81.82. æſtate uigere. 80.81.83
ſanitas, ſymmetria quædam 51
ſanitatis tria genera 5.
ad Sanitatem perfectam quæ requirantur 51
ſaporum in plantis diuerſitas ac ratio 76
ſemina è terra ſuæ quodque natura conuenientem ſuccum attrahere 74.76
ſenectæ cõformis atra bilis 94
ſenium pituitæ obnoxiũ 94
ſimilares particulæ 41
ſimilia à ſimilibus conſeruari 86
ſimilium in ſimile facilis tranſitus 81
ſolidum, inane, rerũ principia 11.
ſuccorum alteratio 75
ſymmetria omnis duplici ratione dicitur 51
T
Thaletis Mileſij de rerum principio ſententia 9
temperies 37.40
terra rerum principium Xenophani, & quatenus

©BIUM



tenus 10.18
terræ ſucci uarij quomodo à ſeminibus & plãtis attrahantur 74. 76

V

Vacuationes. uide Purgationes.
uacuum, rerum principium 13
uer calidum & humidũ 81
ueris cum ſanguine cognatio 81
uere qui humores, itemque morbi potiſsimum uigeant 80.81
Vergiliarum occaſus 87
uini facultas 78
uinum licet qualitate calidum, frigidos morbos creare, & cur 78
uita medicis quid 65
uitalis facultas 74
uitellina bilis 49
uitrea pituita quæ 47
unitatis ſolutio unde 54. 56
uno nihil generari 32

X

Xenophanis Colophonij de rerum principio ſententia 10

FINIS.

©BIUM

## ERRATA.

4.8.dele ( 18.1.quoniam et 8.tenuisq́; fiat, 27. antepenult. curatur 51. ult. maximè 54. 1.proportionis 2.indecenti 3.inſalubris 59.13. & ſanè eſſe ſang. 74.7.temperatus ſuccus 81. 14. accommoda 86.17.refrigerari 91. 9.à ſeſe 95.4.bilioſa

b 3

©BIUM

BASILEAE, EX OFFI-
cina Ioannis Oporini, Anno Sa-
lutis humanæ M.D.LXII.
Menſe Maio.

Hippocratis Coi, medicorum Principis, De Natura Hominis liber : Graece et ... - page 118 sur 118